DE MENANDRI RELIQUIIS NUPER REPERTIS

ALFREDUS KRETSCHMAR

Engelbert
I div

Inhaltsverzeichnis S. 121.

S. l. Bundesbruder Bier zur freundlichen Erinnerung der Verfasser.

DE MENANDRI RELIQUIIS NUPER REPERTIS

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI RITE IMPETRANDOS SCRIPSIT

ALFREDUS KRETSCHMAR
CHEMNITIENSIS

LIPSIAE
TYPIS ROBERTI NOSKE BORNENSIS
MCMVI

RETTULERUNT AD ORDINIS PHILOLOGOS DE HAC DISSERTATIONE

MARX **LIPSIUS**

PROCANCELLARIO
MARX

LIPSIAE D. XXI. M. IUNII A. MCMVI.

FRIDERICO MARX

Menandri summi poetae comici fragmenta postquam collegit Theodorus Kock CAF III p. 3 sqq., nuper multis reliquiis cum alibi tum in cartis Aegyptiis repertis feliciter aucta esse nemo non gaudet. Quas reliquias cum tractabimus, unum quemque uersum interpretabimur iudiciumque quantum poterimus proferemus, quo modo quae temporum rerumque deleta sunt iniquitate, ea reficienda esse censeamus, non quo ipsa poetae uerba passim coniecturis adsequi studeamus, sed res in primis, sententias argumenta. Atque hac quidem in re si non nunquam ut uerum inueniamus nobis non contigerit, tamen qui legant, eos aliquid nobis indulgentiae esse concessuros speramus, propterea quod ex frustulis prae Menandrearum fabularum ingenti numero tam exiguis quae praeclarissimo illius ingenio elegantia uenustate digna sint excogitare saepe est difficillimum, saepe difficilius, quam ut nostrae suppetant aetatis uires atque scientia.

Ac primum quidem fabulae *Γεωργός* quae uocatur 87 uersus edidit Nicole 'Le laboureur de Ménandre', Bâle et Genève 1898; quos uersus tractauerunt

Weil, Journal des Savants 1897 p. 675 sqq.
Blass, Lit. Centr.-Bl. 1897 col. 1648 sqq.
v. Wilamowitz-Möllendorff, Deutsche Lit.-Zeitg. 1897 col. 1734 sq.
Ellis, Classical Review XI 1897 p. 417 sq.
Platt ib. p. 418; Kenyon ib. p. 453 sqq.
Schenkl, Jahreshefte d. österr. archäol. Instituts I 1898 p. 49 sqq.
Herwerden, Berl. Philol. Wochenschr. XVIII 1898 p. 59 sq.

Paullo autem post, cum Blass l. s. quas quattuor esse paginas editor putauerat, easdem esse duas demonstrauisset, iterum hos uersus ediderunt Grenfell & Hunt, 'Menanders *Γεωργός*, a revised Text of the Geneva Fragment', Oxford 1898. Quos uiros doctos cum permulta rectius legisse quam priorem editorem satis constet inter omnes, in ipso uerborum contextu quem dicunt restituendo non nisi ex eorum proficiscendum est lectionibus. Nec non in adnotatione critica quae uocatur componenda eae uirorum doctorum supra scriptorum coniecturae quae a melioribus Britannorum lectionibus discedunt omnino fere sunt praetermittendae. Ac

postquam altera editio in publicum prouenit, disputauerunt de his reliquiis

Blass, Lit. Centr.-Bl. 1898 col. 775 sqq.
van Leeuwen, Mnemos. XXVI 1898 p. 299 sqq.
Kaibel, Nachrichten der Göttinger Gesellsch. der Wissensch., phil.-hist. Kl. 1898 p. 146 sqq.
Weil, Revue des Etudes Gr. XI 1898 p. 121 sqq. et Etudes sur l'antiquité Gr. p. 253 sqq.
Haeberlin, Berl. Philol. Wochenschr. XVIII 1898 col. 705 sqq.
Agar, Classical Review XII 1898 p. 141.
Richards ib. p. 141.
Dziatzko, Rhein. Mus. 54, 1899 p. 497 sqq.
v. Wilamowitz-Möllendorff, Ilbergs Neue Jahrb. II 1899 p. 52.

Sed iam ad ipsos Menandri uersus nos conferamus, in quibus uersibus eae litterae quae, cum non comparuerint, restituendae sunt, cancellis inclusae sunt hisce [ ], hisce ⟨ ⟩, quae corruptae sunt a librario uel omnino omissae; puncto supposito notantur litterae incertae hoc modo *Ạ*; ubi librarius personarum mutationem indicauit, hoc signum ⋕ exhibuimus.

I.

ΓΕΩΡΓΟΣ.

(Adulescens)

προσιὼν πράττων ⏑ —
ὑποφοβούμενος ⏑ —
[ἦν δ' οὐ πονη]ρ̣[ὸς ο]ὐ̣δ' [ἐ]δόκουν [τῆι φιλτάτηι]
[συνών, ὅθ'] ὁ μειρακίσκος ἐν ἀγρῶ⟨ι⟩ διετέλει.
[νῦν δ' ἔτυχε] σ̣υμβεβηκός, ⟨ὅ⟩ μ' ἀπολ⟨ώ⟩λ⟨ε⟩κε
[ἔκδη]μον εἰς Κόρινθον ἐπὶ πρᾶξίν τινα·

u. 1: *ΠΡΟΣΪΩΝΠΡΑΤ'ΤΩΝ* carta. u. 3: *ἦν δ' οὐ πονηρὸς οὐδ' ἐδόκουν* restituit Nicole comparato fr. 99 K. CAF III p. 30. — [*τῆι φιλτάτηι*] : [*πράξειν κακῶς*] Kaibel [*πράξειν κακὰ*] uel [*φεύγειν γάμους*] Dziatzko. u. 4: [*συνών, ὅθ'*]: *ΕΟΜΕΙΡΑΚΙΣΚΟΣ* carta. [*ἐν ὧι δ'*] *ὁ μ.* Britanni [*ἔπειθ' ὅτ*]*ε ὁ μ.* Kaibel [*ἐν τῶιδ*]*ε* uel [*τἀνθένδ*]*ε* Dziatzko. u. 5: [*νῦν δ' ἔτυχε*] Dziatzko [*ἔτυχε τὸ*] Britanni [*τότ' ἔτυχε*] Kaibel — ⟨*ὅ*⟩ *μ' ἀπολ⟨ώ⟩λ⟨ε⟩κε⟨ν⟩* Nicole *ΩΜ'ΑΠΟΛΟΛΗΚΕ* carta. u. 6: [*ἔκδη*]*μον*: [*ἀπόδη*]*μον* Nicole [*κακοδαί*]*μον'* van Leeuwen.

[ἥκων ὑ]πὸ νύκτα γι⟨γ⟩νομέν⟨ους ἑ⟩τ⟨έρ⟩ους γάμους
[καταλαμ]βάνω μοι, τοὺς θεοὺς στεφανου⟨μένου⟩ς,
[τὸν πατέ]ρα θύοντ' ἔνδον· ἐκδίδωσι δὲ
[αὐτὸς ὁ] πατήρ. ὁμοπατρία γάρ ἐστί μοι
[ἔκ τινος ἅβρας] νυνὶ γυναικὸς τρεφομένης
[ἡβῶσ' ἀ]δελφή. [τ]ίνα δὲ δυσφεύκτω⟨ι⟩ κακῶ⟨ι⟩
[ἁλοὺς ἔχοιμ' ἂν ὁδὸν] ἁπλῆν; οὕτως ἔχω·
[φύγοιμ' ἂν ἐκ τῆς οἰ]κίας οὐ⟨θ⟩ὲν φράσας.
[οὕτω] λιπὼν δὲ τὸν γάμον τὴν φιλτάτην

u. 7: [ἥκων ὑ]πὸ Dziatzko [ἥκων δ' ὑ]πὸ Kaibel [ἐλθὼν ὑ]πὸ Britanni [ἀπιόνθ' ὑ]πὸ van Leeuwen — γι⟨γ⟩νομέν⟨ους ἑ⟩τ⟨έρ⟩ους γάμους Dziatzko *ΓΙΝΟΜΕΝΗΤΟΥΣΓΑΜΟΥΣ* carta γι⟨γ⟩νομέν⟨ους ἤδη⟩ γάμους Britanni γ. ⟨τινὰς⟩ γάμους van Leeuwen. u. 8: [καταλαμ]-βάνω Britanni. — στεφανου⟨μένου⟩ς Britanni *ΕΣΤΕΦΑΝΟΥΣ* carta ἐ⟨στεμμέ⟩νους van Leeuwen. u. 9: [τὸν πατέ]ρα θύοντ' ἔνδον Nicole *ΡΑΘΥΟΝΤΑΕΝΔΟΝ* carta. u. 10: [αὐτὸς ὁ] Britanni [τὴν παῖδ' ὁ] Nicole [ἔμοιγ' ὁ] Kaibel [κόρην ὁ] Weil. u. 11: *ΤΡΕΦΟΜΕΝΗΣ* carta [ἔκ τινος ἅβρας] ν. γ. τρεφομένης : [μητρὸς δὲ τῆς] ν. γ. τρεφομένης Kaibel [ἔνδον ὑπὸ τῆς] ν. γ. τρεφομένη deleta littera Σ Nicole, Dziatzko [ὑπὸ τῆς] ⟨⏑ —⟩ ν. γ. τρεφομένη Britanni [ὑπὸ τῆς] ⟨πατρὸς⟩ ν. γ. τρεφομένη Weil. u. 12: [ἡβῶσ' ἀ]δελφή van Leeuwen [ἧλιξ ἀ]δελφή Britanni p. 22 [ὡς οὖσ' ἀ]δελφή Blass [οὐκ αὐτα]δελφή Kaibel [καλῶς, ἀ]δελφή Weil [κοινῶς ἀ]δελφή Haeberlin; sororis nomen inter-isse censet Dziatzko. uu. 12—13 cf. p. 19 sq. [ἁλοὺς ἔχοιμ' ἂν ὁδὸν] ἁπλῆν; οὕτως ἔχω: [εὕρω φυγήν, οὐκ οἶδ]α, πλὴν οὕτως ἔχω Britanni. u. 13: ἔχω: ἔχω⟨ν⟩ van Leeuwen

⟨12a. ἁλοὺς ἄγαν καὶ πράγμασιν ἐκπεπληγμένος⟩
13. [εὕρω φυγήν, οὐκ οἶδ]α. πλὴν οὕτως ἔχω

Dziatzko. u. 14: [φύγοιμ' ἂν ἐκ τῆς οἰ]κίας Kaibel [ἐξῆλθον ἐκ τῆς οἰ]κίας Britanni [ἐξοιχόμενος τῆς οἰ]κίας Dziatzko [οὐκ ἂν ἀποδρὰς ἐξ οἰ]κίας Blass. οὐ⟨θ⟩έν Menandrum scripsisse exemplis comprobabitur p. 87 sq. *ΟΥΔΕΝ* carta. u. 15: [οὕτω] Britanni [οὐδενὶ] Blass, van Leeuwen, Kaibel [φυγῆι] Weil [σιγῆι] Richards [μὴ κατα]λιπὼν Dziatzko.

[Μέλιττ]αν ἀδικήσαιμ' ἄν· οὐ γὰρ εὐσεβ⟨έ⟩ς.
[κό]πτειν δὲ μέλλων τὴν θύραν ὀκνῶ πάλαι·
[οὐ]κ οἶδα γὰρ τὸν ἀδελφὸν εἰ νῦν ἐξ ἀγροῦ
[ἔ]νθάδ' ἐπιδημεῖ· πάντα προνοεῖσθαί με δεῖ.
[ἀ]λλ' ἐκποδὼν ἄπειμι καὶ βουλεύσομαι
τοῦτ' αὔθ', ὅπως δεῖ διαφυγεῖν με τὸν γάμον.

(Myrrhina Philinna
Matrona Anus)

(My.:) [Ἀ]λλ' ὡς πρὸς εὔνουν, ὦ Φίλιν⟨ν⟩α, τοὺς λόγους
[π]οουμένη σε πάντα τἀμαυτῆς λέγω.
[ἐν τ]οῖσδ' ἐγὼ νῦν εἰμί. (Phi.:) καὶ νὴ τὼ θεὼ
[ἔγ]ωγ' ἀκούουσ', ὦ τέκνον, μικροῦ δέω
[πρ]ὸς τὴν θύραν ἐλθοῦσα καὶ καλέσασα τὸν
[ἀλα]ζ⟨ό⟩ν' ἔξω τοῦτον εἰπεῖν ὅσα φρονῶ.
(My.:) [μή τ]ί γε, Φίλιν⟨ν⟩α, χαιρέτω ⌗ (Phi.:) τί χαιρέτω;
[οἰμ]ωζέτω μὲν οὖν τοι̣[οῦ]τ⟨ο⟩ς ὢν γαμεῖν,
[ὁ μι]αρὸς οὗτος, ἠδικηκὼς τὴν κόρην.
(My.:) [κόμπους] τοσούτους κατατ[ίθου]. προσέρχεται

u. 16: nomen amicae periisse agnouit Wilamowitz, cuius sententiam secuti scripsimus [Μέλιττ]αν. [τεκοῦσ]αν Kaibel [μὰ Δί', οὐκ] ἂν van Leeuwen. — εὐσεβ⟨έ⟩ς Nicole εὐσεβ⟨ῶ⟩ς Britanni *ΕΥΣΕΒΟΣ* carta. u. 17: [κό]πτειν Nicole [. .] *Π'ΤΕΙΝ* carta. πάλαι carta πάλι⟨ν⟩ Herwerden. uu. 17—21: suppleuit Nicole. u. 18: [. .] *Κ'ΟΙΔΑ* carta. u. 19: *ΠΡΟΝΟΕΙΣΘΑΙΜ'ΕΔΕΙ* carta. u. 22: Φίλιν⟨ν⟩α Nicole *ΦΙΛΙΝΑ* carta. u. 23: [π]οουμένη: [π]ο⟨ι⟩ουμένη Britanni — *ΣΕ* carta σ⟨οι⟩ Dziatzko. u. 24: [ἐν τ]οῖσδ' Blass [ἐν] οἷς δ' Britanni. u. 26: καλέσασα τὸν carta καλέσασά ⟨νιν⟩ Dziatzko. u. 27: [ἀλα]ζ⟨ό⟩ν' Britanni *ΖΩΝ'* carta [τὸν ἀλα]ζ⟨ό⟩ν' Nicole, Dziatzko. u. 28: [μή τ]ί γε: *ΙΓΕΦΙΛΙΝΑΧΑΙΡΕΤΩ·ΤΙ* carta [ἔμο]ιγε Ellis [μὴ σ]⟨ύ⟩γε Weil. u. 29: [οἰμ]ωζέτω Nicole — τοι̣[οῦ]τ⟨ο⟩ς ὢν Britanni *ΤΟΙ̣[.]ΤΩΣΩΝ* carta τὸ⟨ν⟩ [οὗ]τω σῶν Nicole — γαμεῖν carta γαμεῖ van Leeuwen. u. 31: [κόμπους] τοσούτους κατατ[ίθου]: [χόλους] τ. κατατ[ίθου] Nicole [λόγους] τ. κατατ[ίθου] Britanni

[γὰρ δεῦρ᾽] ὁ θεράπων ἐξ ἀγροῦ Δᾶος· βραχὺ
τ̣[ηιδ]⟨ὶ⟩ μεταστῶμεν. (Phi.:) τί δ᾽ ἡμῖν, εἰπέ μοι,
⟨τούτου⟩ μέλει; ⫩ (My.:) καλόν γ᾽ ἂν εἴη, νὴ Δία.

(Myrrhina Matrona Philinna Anus Dauus Seruus)

(Da.:) Ἀγρὸν εὐσεβέστερον γεωργεῖν οὐ⟨θ⟩ένα
οἶμαι· φέρει γὰρ μυῤῥ[ίνην, κιττὸν] καλόν,
ἄνθη τοσαῦτα· τἆλλα δ᾽ ἄ[ν τις καταβάλ]η⟨ι⟩
ἀπέδ⟨ω⟩κεν ὀρθῶς καὶ δικαίως, οὐ [πλέον],
ἀλλ᾽ αὐτὸ τὸ μέτρον. ὁ Σύρος, εἰσένεγ⟨χ᾽⟩ ὁμῶς
πάν⟨θ᾽⟩ ὅσ᾽ ἀ⟨να⟩φέρομεν· ταῦτα πάντ᾽ εἰς τοὺς γάμους.

[ὅρκους] τ. κατατ[εμών] Dziatzko [ὅρκους] τ. κατα⟨π⟩[ατῶν] Blass [ἄχρησ]τος· (My.:) οὔτ⟨ο⟩ς κατὰ τ[ύχην] προσέρχεται Kaibel. u. 31—32: [τί δαὶ] τοσούτους κατατ[εμὼν] προσέρχεται θαλλοὺς van Leeuwen. u. 32: [γὰρ δεῦρ᾽]: [αὐτῶν] Nicole [ἡμῖν] Britanni [ἡμῶν] Kaibel [ἐγγύθεν] Agar. u. 33: τ[ηιδ]⟨ὶ⟩ Britanni Ṭ . . Ḥ carta. u. 34: suppleuit Nicole. *ΜΕΛΕΙ · ΚΑΛΟΝ* carta, ubi signum · delet Kaibel. u. 35: Men. fr. 96, 1 K. CAF III p. 29 et Wilamowitz. *ΑΓΡΟΝΓΕΩΡΓΕΙΝΕΥΣΕ*[. . . . .]*ΕΝΑ* carta. u. 35 sqq. sic Kauer, Wiener Studien XXVI 1904 p. 209 sqq. u. 36: καλόν: 'λ apparently corrected' Britanni; litteram *Φ* supra scriptam uidit Nicole (p. 33). u. 36: [κιττὸν] ⟨δάφνην⟩ Britanni, Kaibel
⟨u. 36a: — — — — — — —⟩ καλόν Britanni
⟨u. 36a: — — — [ὅσα θεοῖς] φίλα⟩ Kaibel
⟨u. 36a: ὅσ᾽ ἐστὶ δῶρα φίλα θεοῖς ἀνθῶν⟩ καλ⟨ῶ⟩ν Dziatzko
⟨u. 36a: αὐτόματος οὕτως ὅσα θεοῖς θύειν⟩ καλόν Weil
u. 36/7: φέρει γὰρ ⟨ὅσα θεοῖς ἄνθη⟩ καλ⟨ὰ⟩
⟨αὐτόματος πάντα⟩ van Leeuwen. u. 37: suppleuit Nicole conlato fr. 899 K. CAF III p. 236. u. 38: ἀπέδ⟨ω⟩κεν Nicole *ΑΠΕΔΟΚΕΝ* carta — οὐ [πλέον] Nicole. u. 39: εἰσένεγ⟨χ᾽⟩ Nicole *ΕΙΣΕΝΕΓΚΟΜΩΣ* carta ὁμῶς Britanni ὅμως Nicole, Kaibel ὁμ⟨οῦ⟩ van Leeuwen. u. 40: πάν⟨θ᾽⟩ ὅσ᾽ ἀ⟨να⟩φέρομεν Ellis *ΠΑΝΤΑΟΣΑΦΕΡΟΜΕΝ* carta πάν⟨θ᾽ ὁπ⟩όσα φέρομεν Nicole πάν⟨θ᾽⟩ ὅσα φέρομεν ⟨δὴ⟩ Richards

ὦ χαῖρε πολλά, Μυρρίνη # (My.:) ⟨πά⟩νυ καὶ σύγ[ε].
(Da.:) ο⟨ὔ σ⟩ε καθεώρ⟨ω⟩ν, γεν⟨ν⟩ικὴ καὶ κοσμία
γύναι. τί πράττεις; βούλομαί σ᾽ ἀγαθῶν λόγων,
μᾶλλον δὲ πράξεων ἐσομένων, ἐὰν οἱ θεοὶ
[θ]έλωσι, γνῶ[ν]αι καὶ φθάσαι πρῶτο[ς φράσας].
ὁ Κλ⟨εαί⟩νετος γάρ, ⟨ὧι⟩ τὸ μειράκιον [τὸ σὸν]
[ἐ]ργάζεται, πρώην ποτ᾽ ἐν ταῖς ἀ[μπέλοις]
σκ[ά]πτων διέκοψε τὸ σκέλος χρησ[τῶς] πάνυ.
(My.:) τάλαιν᾽ ἐγώ # (Da.:) θάρρει, τὸ πέρας δ᾽ ἄκουέ μου.
ἀπὸ τοῦ γὰρ ἕλκους, ὡς τριταῖον ἐγένετο,
βουβὼν ἐπήρθη τῶ⟨ι⟩ γέροντι, θέρμα τε
ἐπέλαβεν αὐτόν, καὶ κακῶς ἔσχεν πάνυ.
(Phi.:) ἀλλ᾽ ἐκκορηθείης σύγ᾽ οἷα τἀγαθὰ
ἥκεις ἀπαγγέλλων. # (My.:) σιώπα, γράιδιον.
(Da.:) ἐνταῦθα χρείας γενομένης αὐτῶ⟨ι⟩ τινὸς
κηδεμ[ό]νος οἱ μὲν οἰκέται καὶ βάρβ[αρ]οι
'ἔζησ᾽ ἐκεῖνος· ἔστιν οἰμώζειν μ[ακ]ράν'
ἔλ[ε]γον ἅπαντες. ὁ δὲ σὸς υἱὸς ο[ἷο]ν[εὶ]

πάν⟨θ᾽⟩ ὅσα φέρομεν ⟨ἅπαντα ταῦτ᾽⟩ εἰς τοὺς γάμους Kaibel *πάν⟨θ᾽⟩ ὅσ⟨ι⟩α φέρομεν* van Leeuwen. u. 41: restituit Nicole. u. 42: *ο⟨ὔ σ⟩ε* Richards *ΟΣΓΕΚΑΘΕΩΡΟΥΝ* carta. *⟨ὥ⟩ς γε καθεώρ⟨ω⟩ν* Britanni *⟨ὥ⟩ς ⟨σ⟩ε* Haeberlin *ὁ⟨ψ⟩ὲ* van Leeuwen, qui uerba *ὀ⟨ψ⟩ὲ καθεώρ⟨ω⟩ν* tribuit Myrrhinae. *ο⟨ὕν⟩εκ᾽ ⟨ἐ⟩θεώρουν* Kaibel *ο⟨ὕν⟩εκα ⟨σ᾽⟩ ἑώρ⟨ω⟩ν* Blass *γεν⟨ν⟩ικὴ* Nicole *ΓΕΝΙΚΗ* carta. u. 43: *ΠΡΑΤ᾽ΤΕΙΣ* carta. u. 45: *γνῶ[ν]αι* Kaibel *ΓΝΩ[.]ΑΙ* carta *γ⟨εῦ⟩[σ]αι* Blass. *πρῶτο[ς φράσας]* Britanni. u. 46: *Κλ⟨εαί⟩νετος* Nicole. *ΚΛΑΙΕΝΕΤΟΣ* carta. *⟨ὧι⟩ — [τὸ σὸν]* Weil *ΟΥ* carta *οὗ — [ἀγρὸν]* Britanni *οὗ — [τὸ σὸν]* Blass. u. 47: suppleuit Nicole. u. 48: *ΣΚ[.]Π᾽ΤΩΝ* carta. *χρησ[τῶς]* Britanni. — *διέκοψε*: *δ᾽ ⟨ἐπ⟩έκοψε* Kaibel. u. 53: cf. fr. 903 K. CAF III p. 236. u. 54: *ΑΠΑΓ᾽ΓΕΛΛΩΝ* carta. — *γράιδιον* Nicole. *ΓΡΑΪΔΙΟΝ* carta. u. 57: *ἔζησ᾽* Britanni. *ΕΖΗΣ᾽* carta *⟨ἅπαι⟩ς* van Leeuwen. *ἐ⟨φ᾽ οἷ⟩ς* Kaibel. *ἐ⟨ξ⟩ῆς ἐκεῖνο⟨ι⟩* Richards. idem *μ[ακ]ρὰ* deleta littera *Ν*. u. 58: *ΫΙΟΣ* carta.

νομίσας ἑαυτοῦ πατέρα πορ⟨ίσας⟩ [φάρμακα]
ἤλειφεν, ἐξέτριβεν, ἀπέν[ι]ζεν, φαγεῖν
προσέφερ[ε], παρεμυθεῖ⟨θ'⟩, ὃ πάνυ φαύλ⟨ω⟩ς ἔχει,
⟨χ⟩[θι]ζ[ό]ν τ' ἀνέστησ' αὐτὸν ἐπιμελούμενο⟨ς⟩.
(My.:) [κα]λὸν τέκν[ο]ν. # (Da.:) νὴ τὸν Δί', εὖ δῆ⟨θ'⟩. οὑτ⟨ο⟩σ⟨ὶ⟩
[ὧδ' ἀναλ]αβὼν γὰρ αὐτὸν ἔνδον καὶ σχολὴν
[ἄγ]ων ἀπαλλαγεὶς δικέλλης καὶ κακῶν
— [οὕτω] τίς ἐστι σκληρὸς ὁ γέρων τῷ⟨ι⟩ βίω⟨ι⟩ —
[τοῦ μειρ]ακίου τὰ πράγματ' ⟨ἀ⟩ν⟨α⟩κρίνει τίνα
[ἔστ',] οὐχὶ παντάπασιν ἀγνοῶν ἴσως.
[διερχο]μένου δὲ τοῦ νεανίσκου τ[ά]δε

u. 59: πατέρα πορ⟨ίσας⟩ [φάρμακα]: *ΠΑΤΕΡΑΠΟΡΘΟΣΑ* carta. πατέρ' ἀπορθ⟨ώ⟩σα[ς πάλιν] Britanni πατέρα ⟨θε⟩ρ⟨απεύ⟩[ειν ἀεὶ] van Leeuwen. u. 61: παρεμυθεῖ⟨θ'⟩, ὃ πάνυ φαύλ⟨ω⟩ς ἔχει Britanni *ΠΑΡΕΜΥΘΕΙΤ'ΟΠΑΝΥΦΑΥΛΟΣΕΧΕΙ* carta παρεμυθεῖτο πάνυ φαύλ⟨ω⟩ς ἔχει⟨ν⟩ et u. 62: [δό]⟨ξ⟩[α]ντ' Richards. παρεμυθεῖτ' ⟨ἂν ὅτε⟩ φαύλ⟨ω⟩ς ἔχ⟨οι⟩ Kaibel παρεμυθεῖ⟨θ'⟩ ὁπ⟨ότε⟩ φαύλ⟨ω⟩ς ἔχ⟨οι⟩ van Leeuwen. u. 62: ⟨χ⟩[θι]ζ[ό]ν τ' Kaibel *Δ*[. .]*Z*[.]*NT'* carta ⟨σ⟩[κά]-ζ[ο]ντ' Nicole ⟨κ⟩[αὶ] ζ[ῶ]ντ' van Leewen δ[ια]ζ[ῶ]ντ' Haeberlin — ἐπιμελούμενο⟨ς⟩ Nicole *ΕΠΙΜΕΛΟΥΜΕΝΟΝ* carta. u. 63: [κα]λὸν Nicole [φί]λον Weil — εὖ δῆ⟨θ'⟩ οὑτ⟨ο⟩σ⟨ί⟩ Britanni *ΕΥΔΗΤΑΓ' ΟΥΤΩΣΕΙ* carta. Post εὖ uersum quendam excidisse Nicole arbitratur. u. 64: [ὧδ' ἀναλ]αβὼν Britanni [ἐπόει. λ]αβὼν Kaibel [ποιῶν λ]αβὼν van Leeuwen [ἧκ' ἀναλ]αβὼν Weil [εἶτ' ἀναλ]αβὼν ⟨π⟩αρ' αὐτὸν Blass. u. 65: [ἄγ]ων Kaibel, van Leeuwen [διάγ]ων Britanni [τρίβ]ων Richards [εὑρ]ὼν Weil. u. 66: [οὕτω] Britanni [οὐ γὰρ] Nicole [οὐ παν]τί ⟨γ'⟩ Dziatzko [καὶ γὰρ] Weil. u. 67: [τοῦ μειρ]ακίου Britanni — τὰ πράγματ' ⟨ἀ⟩ν⟨α⟩κρίνει iidem *ΠΡΑΓ'ΜΑΤΑΕΝΕΚΡΙΝΕΙ* carta ubi Britanni adnotant 'Two dots after this word may have been effaced' et τίνα Myrrhinae tribuunt. uu. 67—68: τίνα [ἔστ'] Kaibel τίνα, [τὰ μὲν] Weil τίνα, [ταῦτ'] van Leeuwen τίνα, [αὔτ'] Dziatzko. u. 68: [τάχ' ἂν] Richards. u. 69: [διερχο]μένου Britanni [ἀποκρινο]μένου van Leeuwen [διαλεγο]μένου Richards — τ[ά]δε Weil, Kaibel *Τ*[.]*ΔΕ* carta τ[ά] ⟨τ⟩ε

[τά τε τ]ῆς ἀδελφῆς ἐμβαλόντος σοῦ ⟨τε⟩ καὶ
[τῶν σῶν, πάθη]μ' ἔπαθέν τι κοινὸν καὶ χάριν
[τῆ]ς ἐπιμελείας ᾤ⟨ι⟩ετ' ἐκ παντὸς λόγου
[δεῖ]ν αὐτὸν ἀποδοῦναι. μόν⟨ο⟩ς τ' ὢν καὶ γέρων
[ν]οῦ[ν] ἔσχε· τὴν γὰρ παῖδ' ὑπέσχ[ητ]αι γαμεῖν.
[κ]εφάλαιόν ἐστι τοῦτο τοῦ παντὸς λόγου.
[ἥ]ξ[ο]υσιν ἤδη δεῦρ', ἄπεισιν εἰς ἀγρὸν
[σ' ὁμ]οῦ λαβών. παύσεσθ[ε πενίαι μα]χόμενοι,
δυσνουθετήτω[ι θηρίωι καὶ δυσκόλωι],
[κ]α⟨ὶ⟩ ταῦτ' [ἐν] ἄστ⟨ε⟩ι. δ[εῖ γὰρ ἢ πλουτεῖν] ἴσως
ἢ ζῆν ὅπ[ου] μὴ μ⟨ά⟩[ρτυρ]α⟨ς⟩ τ[οῦ] δυστυχεῖν

Britanni τ[έ]⟨λος⟩ van Leeuwen τ[ί] δέ; Dziatzko scripsit et Myrrhinae tribuit. u. 70: [τά τε] Weil [περὶ τ]ῆς Britanni σοῦ ⟨τε⟩ καὶ Britanni [περὶ τ]ῆς ἀδελφῆς ⟨τ'⟩ ἐμβαλόντος ⟨οὕνεκα⟩ Kaibel ἐμβαλόντος Nicole *ΕΜΒΑΛΛΟΝΤΟΣ* carta ἐμβαλόντος ⟨τοῦ γάμου⟩ et u. 71 λόγον van Leeuwen. u. 71: [τῶν σῶν, πάθη]μ' Dziatzko [τῶν σῶν κακῶ]⟨ν⟩ Weil. u. 72: ᾤ⟨ι⟩ετ' Richards *ΩΝΕΤ'* carta ὡ⟨ς⟩ ἔτ' Britanni. u. 73: [δεῖ]ν Richards [δέο]ν Britanni — μόν⟨ο⟩ς iidem *ΜΟΝΩΣ* carta. u. 74: [ν]οῦ[ν] Britanni [τ]οῦ[τ'] non sine dubitatione Blass — ὑπέσχ[ητ]αι Nicole *ΫΠΕΣΧ*[. .]*ΑΙ* carta. u. 77: [σ' ὁμ]οῦ Weil [ὁμ]οῦ Britanni [ὑμ]⟨ᾶς⟩ van Leeuwen. uu. 77—78: restituit Fridericus Blass, Herm. XXXIII 1898 p. 656 sqq. ex fr. com. inc. 183 K. CAF III p. 443 πενίαι μαχόμενοι πεπαύμεθα, | δυσνουθετήτωι θηρίωι καὶ δυσκόλωι. In carta post *ΔΥΣΝΟΥΘΕΤΗΤΩ* spatio duarum fere litterarum intermisso *Ο* litteram scriptam uiderunt Britanni. uu. 79—80: redintegrauit Henricus Weil comparato Menandri fr. 928 K. CAF III p. 241 δεῖ γὰρ ἢ πλουτεῖν . . . lacuna decem fere litterarum ὅπως μὴ μάρτυρας πολλοὺς ἔχειν τοὺς ὁρῶντας. u. 79: *ΑΤΑΥΤ*[. . .] *ΑΣΤΑΙΔ* [. . . . .] . *ΪΣΩΣ* carta. u. 80: *ΗΖΗΝΟΠ*[. .] *ΜΗΜΙ* [. . . .] *ΑΤ* . . *ΔΥΣΤΥΧΕΙΝ* carta. Totum locum (uu. 77—80) Georgius Kaibel sic suppleuit

παύσεσθ[ε δ' οἶμαι μα]χόμενοι
δυσνουθετήτω[ι γε] ὄ[ντι τῶι νέωι. θανεῖν]

π[ο]λλούς τις ἕξει τοὺς ὁρῶντας· ἔστι δὲ
[ἀγρὸ]ς εἰς τὸ τοιοῦτ' εὐκτὸν ἥ τ' ἐρημία.
[εὐ]αγγελίσασθαι πρ[ὸς] σὲ ταῦτ' ἐβουλόμην.
[ἔρρ]ωσ⟨ο⟩. (My.:) ⟨καὶ σύγε πολλά⟩. (Phi.:) τί πέπονθας, τέκνο⟨ν⟩;
[τί πε]ριπατεῖς τρίβουσα τὰς χεῖρας; (My.:) τί γάρ,
[Φί]λινν'; ἀποροῦμαι νῦν τί ποιῆσαί με δεῖ·
[ἐπε]ὶ τίνος ἡ παῖς ἐστί; τούτω⟨ι⟩ κοὐ[θ]⟨ενὶ⟩

[δι]ὰ ταῦτ' [ἐρ]ασταὶ δ[υστυχεῖς βούλοντ'] ἴσως
ἢ ζῆν, ὅπ[ως] ⟨δ⟩ὴ μ⟨ὴ⟩ [μετά γ]⟨ε⟩ τ[οῦ] δυστυχεῖν.

u. 82: [ἀγρὸ]ς Weil [σκότο]ς Nicole. u. 83: ..*ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΑΣΘΑΙ* carta πρ[ὸς] σὲ Britanni. u. 84: ⟨καὶ σύγε πολλά⟩ transposuit Nicole *ΩΣΩΠΟΛΛΑΚΑΙΣΥΓΕ* carta. *ΓΕ* delet Kaibel. τέκνο⟨ν⟩ Nicole *ΤΕΚΝΟ* ∸ carta, ubi signum ∸ ut Dauum abire significetur positum esse censet Kaibel. u. 85: *ΤΡΙΒΟΥΣΑ* carta ⟨σ⟩τρ⟨ο⟩βοῦσα Nicole, Kaibel. u. 86: suppleuit Nicole. u. 87: [ἐπε]ὶ Wilamowitz, Kaibel [οἴμο]ι Nicole [ἄλλο]⟨υ⟩ τινός Weil. In uersu exeunte post *ΚΟΥ* unius litterae spatio intermisso *ΙΑΙΝΝΑ* scriptum fuisse indicant Britanni.

Atque interpretandi quidem initium capiamus inde a uersibus 5 sqq., qui uersus primi quales sunt traditi certum aliquem praebeant sensum: quos Dziatzko sic refinxit:

[νῦν δ' ἔτυχε][1]) συμβεβηκός, ὅ μ' ἀπολ⟨ώ⟩λ⟨ε⟩κε[2])
[ἀπόδη]μον εἰς Κόρινθον ἐπὶ πρᾶξίν[3]) τινα.

Neque ulla ex parte possunt praeferri ea quae van Leeuwen scripsit:

[τί δὲ νῦν τὸ] συμβεβηκός, ὅ μ' ἀπολ⟨ώ⟩λ⟨ε⟩κε
[κακοδαί]μον' εἰς Κόρινθον ἐπὶ πρᾶξίν τινα
[ἀπιόνθ'; ὑ]πὸ νύκτα e. q. s.

Nam displicet interrogatio, neque omnino quadrat in hunc locum praesens tempus ἀπιόνθ', quia adulescens eo tempore quo incidit

---

[1]) de quo supplemento uelim conferas quae p. 30 diximus.

[2]) ν litteram addere uix opus est, quoniam Menander in exeuntibus uersibus saepe hiabat cf. uu. 49/50, 53/54. Kühner-Blass, Ausführl. Grammatik der gr. Sprache[3] I1 p. 196 ex.

[3]) πρᾶξις 'negotii' uim habet inde ab Homeri aetate cf. γ 71 sqq. Philem. fr. 92 K. CAF II p. 506 u. 4 al. sescentiens.

calamitas, non abibat, sed iam diu abierat, peregre, Corinthi uersabatur. Praeterea ex eis quae sequuntur hoc 7. uersu 'redeundi' notionem esse exprimendam adparet, id quod editores Britanni agnouerunt cum p. 19 uerterunt: 'Returning at evening'. Sed quod *ἐλθὼν* suppleuerunt, malim Dziatzkonem[1]) secutus scribere *ἥκων* 'redux' cf. Demosth. XX 81 p. 478, 27 sqq.: *λέγεται τοίνυν ἐκεῖνος τειχίζειν εἰπὼν τοῖς πολίταις, κἂν ἀφικνῆταί τις Λακεδαιμόνιος, κατέχειν κελεύσας οἴχεσθαι πρεσβεύων αὐτὸς ὡς τοὺς Λακεδαιμονίους· λόγων δὲ γιγνομένων ἐκεῖ καί τινων ἀπαγγελλόντων ὡς Ἀθηναῖοι τειχίζουσιν, ἀρνεῖσθαι καὶ πρέσβεις πέμπειν σκεψομένους κελεύειν, ἐπειδὴ δ' οὐχ ἧκον οὗτοι, πέμπειν ἑτέρους παραινεῖν.* Ac cum hoc uerbo coniungi posse *ὑπὸ νύκτα* negat Kaibel l. s. p. 152 adn. 3: 'Wenn der junge Mann erst gegen Abend nach Athen zurückkehrte, konnte das Stück auch erst gegen Abend beginnen.' At iniuria pressit *ὑπὸ νύκτα*, quoniam hoc non solum 'sub noctem', uerum etiam 'noctu' solet significare cf. Kühner-Gerth, Ausführl. Gramm. d. gr. Sprache [3] II 1 p. 525. Neque intellegitur, cur adulescens non possit noctu redisse, frusta patrem ut de consilio desisteret implorauisse, per noctem uigiliis uexatus nunc prima luce domo egressus esse, ita ut ipsa fabula mane incipiat ueluti Menandri *Ἐπίκληρος* fr. 164 K. CAF III p. 48; cf. Dziatzko l. s. p. 503 sq., p. 504 adn. 1. Sed ut redeam ad uersum 6, *[κακοδαί]μον'* stare iam non potest, cum *ἀπιόνθ'* improbetur. Nec placet *[ἀπόδη]μον*. Nam uideas quaeso quae Moeris Atticista exponat p. 143 *Ἔκδημος Ἀττικῶς, ἀπόδημος Ἑλληνικῶς* et quae Pierson hoc loco adnotet exempla; e quibus exemplis *[ἔκδη]μον* scribendum esse cognosces. Ac quod haec coniectura ad eum litterarum numerum quem perisse editores Britannici docent, non omnino quadrat, uelim conferas quae recte hac de re Kaibel l. s. p. 152 adn. 3 exposuit: 'scheint der Schreiber des Papyrusbandes gerade an dieser Stelle gleichmäßige Zeilenansätze nicht beliebt zu haben. V. 3—12 sollen nach der Angabe der englischen Ausgabe nur je sechs Buchstaben fehlen, während doch schon V. 3, wie die vollständigere Überlieferung des Verses zeigt, deren neun erforderlich sind, und V. 11 das ganze fehlende Metron sich unmöglich mit sechs Buchstaben ergänzen läßt. Ebensowenig wird man V. 13 mit dreizehn Buchstaben auskommen, für die allein der Raum bestimmt sein soll, und noch weniger V. 16 mit vieren. Einige Freiheit in der Ergänzung muß also zugestanden werden.' Iam quid sit illud *συμβεβηκός* indicat adulescens septimo uersu exeunte a librario sic corrupto *ΓΙΝΟΜΕΝΗΤΟΥΣΓΑΜΟΥΣ*.

---

[1]) qui *δὲ* a Georgio Kaibel additum iure repudiauit. Nam si particula omnino desideretur, *γὰρ* expectes adponi.

Cui uersui ut medicinam facerent Henricus Weil et Britanni *γι⟨γ⟩νομέν⟨ους⟩ ἤ⟨δη⟩ γάμους* non magna cum ueri specie scripserunt; satis audacter traditas litteras mutat Kaibel, cum *⟨τήνδ' ἐσομένους⟩ τοὺς γάμους* conicit, audacius van Leeuwen quippe qui *γι⟨γ⟩νομ⟨ένους τινὰς⟩ γάμους* scripserit; quae coniectura etiam ea de causa recto non nititur talo, quia non de incertis quibusdam nuptiis, sed de eis, quae sibi ipsi adornentur, uerba facit adulescens. Nunc cum Dziatzkonis coniecturam *γι⟨γ⟩νομέν⟨ους⟩*[1]) *⟨ἑ⟩τ⟨έρ⟩ους*[2]) *γάμους* in censuram uocamus, paullo diligentius rerum condicionem atque conexum examinemus necesse est. Atque adulescens nuptias effugere tanto opere studet, nempe quia alteram amat, ducere cogitur alteram. At cum cottidianae hominum Graecorum uitae nec non cum nouae quae dicitur comoediae usu satis convenit, quod etiam si quis legitimum iniit matrimonium, idem rem habet cum amica liberta meretrice scorto cf. Plaut. Men. 127 sqq., Merc. 819 sq. Itaque adulescentem alia quoque de causa, ut nuptias paratas effugiat, optare ueri est simillimum. Statuamus igitur eum adamasse atque uitiasse uirginem ciuem,[3]) atque sese illam in matrimonium esse ducturum promisisse cf. Dziatzko l. s. p. 505 sq. Atque haec si comprobauerimus, optimum iam habebit sensum coniectura *γι⟨γ⟩νομέν⟨ους ἑ⟩τ⟨έρ⟩ους γάμους* 'alteras nuptias' i. e. alteras nuptias atque eas de quibus in eis uersibus qui non comparuerunt adulescens disputauit. Nec non pendere hos accusatiuos ex uerbo *[καταλαμ]βάνω* luce est clarius, quo ex uerbo etiam ei qui sequuntur pendent accusatiui; quorum alterum librarius deprauauit in *ΤΟΥΣΘΕΟΥΣ ΕΣΤΕΦΑΝΟΥΣ* u. 8. Neque hoc sanauit van Leeuwen cum *τοὺς θεοὺς ἐστε⟨μμέ⟩νους* scripsit. Nam ab eis quae traditae sunt litteris nimis discessit, et obstant ipsae res. Inde enim quod postea uu. 35 sqq. flores Dauus adfert, optimo iure concludes deos nondum esse coronatos, sed etiam nunc seruos quosdam eis ornandis operam dare. Quapropter non *ἐστε⟨μμέ⟩νους* sed Britannos secutus *τοὺς θεοὺς στεφανου⟨μένου⟩ς* esse scribendum conicies, ita ut post *ΘΕΟΥΣ* litteram *Ε* errore dittographiae quam uocant simillimo ortam esse censeas, post *ΣΤΕΦΑΝΟΥ* autem *ΜΕΝΟΥ* librarii socordia intercidisse. Iam quinam dei deaeque ante nuptias coronis ac sacrificiis colantur disces, si contuleris Schoemann-Lipsius, Griech. Altertümer II p. 583. Atque ipsas illas res diuinas, quae *προγάμια* uel

---

[1]) Sic, non *γινομένους*, Menandrum scripsisse concludes ex eis quae Meisterhans, Gramm. d. attischen Inschr.[3] p. 177 sq. docet.

[2]) *ΗΤ* possunt esse reliquiae uocis *ἑτέρους*; nam *Ε* et *Η* confundi ex u. 5 *ΔΠΟΔΟΔΗΚΕ* apertum est.

[3]) id quod saepissime in nouae comoediae fabulis accidit, cf. quae Dziatzko l. s. p. 504 adn. 5 collegit exempla.

προτέλεια nuncupabantur (cf. Pollux III 38 p. 167, 1 Bethe *ἡ δὲ πρὸ γάμου θυσία προτέλεια καὶ προγάμια*) Menander *προτέλεια* uocauit fr. 1058 K. CAF. III p. 260. Fiebat autem plerumque[1]) res diuina pridie ipsas nuptias cf. Hesych. s. u. *γάμων ἔθη: τὰ προτέλεια καὶ ἀπαρχαὶ καὶ τριχῶν ἀφαιρέσεις τῆι θεῶι πρὸ μιᾶς τῶν γάμων τῆς παρθένου.* Itaque cum proxima nocte adulescens reuerterit, hoc ipso die quo fabulae argumentum agi fingatur nuptias futuras esse adparet, id quod ex Menandri comoediae indole per se est ueri simillimum cf. Ter. Andr. 321 sqq. Nec non memoria est dignum sacrificia illa in primis a mariti futuri patre perpetrari, cuius rei testis est Achilles Tatius II 12 Erot. script. Graec. I p. 66, 31 Hercher: *Ἔθυεν οὖν τότε ὁ πατὴρ τὰ προτέλεια τῶν γάμων*; quo ex testimonio in Menandri uersu 9 ineunte [*τὸν πατέ*]*ρα* recte suppletum esse planum fit. Sed locum modo scriptum paullo copiosius tractemus; pergit enim Achilles: *ὡς δὲ ἤκουσα, ἀπωλώλειν καὶ ἐζήτουν μηχανήν, δι᾽ ἧς ἂν ἀναβαλέσθαι δυναίμην τὸν γάμον.* Simillimo igitur rerum discrimine hic qui introducitur amator laborat ac Menandri adulescens, neque dubium est quin huius fabulae scaenae Tatius meminerit. Namque omnino, cum quaeritur quae ratio intercedat inter comicos poetas et scriptores elegiacos eroticos epistolographos Lucianum, non tam uerba singula aut uersus sunt perscrutandi et comparandi quam ipsae rerum condiciones et colores. Sed ad ipsa Menandri uerba uu. 8 sqq. redeamus, e quibus uerbis, quaenam nuptiae adornentur cognosces. Id enim pater agit, ut filius sororem alia matre natam in matrimonium ducat. Ac quod Kaibel l. s. p. 152 sq. haec dicit: 'Gegen eine solche Ehe hatte das attische Gesetz nichts einzuwenden, die attische Sitte aber um so mehr: in der Komödie gilt auch die einseitige Verwandtschaft von Halbgeschwistern als Ehehindernis' talia matrimonia inire Athenienses nulla lege esse uetitos suo iure contendit cf. Corn. Nep. Cim. I 2 'Namque Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere.' Philo Iud. leg. spec. 4 *ὁ μὲν οὖν Ἀθηναῖος Σόλων ὁμοπατρίους ἐφιεὶς ἄγεσθαι τὰς ὁμομητρίους ἐκώλυσεν.* Plut. Them. 32 *Θυγατέρας δὲ πλείους ἔσχεν, ὧν Μνησιπτολέμαν μὲν ἐκ τῆς ἐπιγαμηθείσης γενομένην Ἀρχέπτολις ὁ ἀδελφὸς οὐκ ὢν ὁμομήτριος ἔγημεν.* Minuc. Fel.[2]) Oct. 31, 3 'ius est apud Persas misceri cum matribus, Aegyptiis et Atheniensibus cum sororibus legitima conubia.' Sed quod idem Georgius Kaibel in comoedia huius generis matrimonia fieri posse negat, nullum habet argumentum nisi quod in Romanorum comoedia quae palliata

[1]) Quod apud Euripidem Iph. Aul. 718 sqq. aliter res se habet, propterea non multum ualet, quia hoc loco non de suae ipsius aetatis moribus ac consuetudine poeta loquitur.

[2]) Qui cum nihil spectet nisi ut paganis maledicat, rem non accurate tractat.

uocatur non inueniuntur. Atque hoc argumentum per se cum sit ex silentio petitum satis infirmum refutauit Dziatzko, Rh. M. 55, 1900 p. 104 sqq., cum in ea fabula de qua Plauti Epidicus expressa est, fratrem sororem eodem patre matre alia natam duxisse, Maccium uero, ut Romanorum hominum moris rationem haberet, alterum exitum excogitasse ostendit. Quae cum ita sint uix licet dubitare quin Menander scripserit u. 9 sq. *ἐκδίδωσι*[1]) *δὲ* | [*αὐτὸς ὁ*] *πατήρ* e. q. s. Reliquae enim quas uu. dd. proposuerunt coniecturae eo laborant, quod sponsae et adulescentis patrem eundem esse disertis uerbis non dicitur, id quod, cum rarissimae sint tales nuptiae, procul dubio dici oportet. Transeo ad u. 11, quo uersu de sponsa eiusque matre, nouerca sua, adulescens loquitur. Atque omnes fere uu. dd. *τρεφομένης*[2]) quod est traditum in *τρεφομένη* mutauerunt. Solus Wilamowitz cartae lectionem seruandam esse docuit l. s. p. 520 adn., et Kaibel suppleuit [*τῆς δὲ μητρὸς τῆς*] *νυνὶ γυναικὸς τρεφομένης*; quo in supplemento genetiuus *τῆς δὲ μητρὸς* cum unde pendeat non satis sit dilucidum, possitne ferri dubitauerim. Nec quod Wilamowitz uertit 'Das Weib, das er jetzt bei sich hat', ex omni parte adsentiemur. Nam *νυνὶ* cum non sit positum inter *γυναικὸς* et *τρεφομένης* sed ante *γυναικὸς*, cum hoc uerbo uidetur esse coniungendum et uertendum 'ea quae nunc uxoris loco alitur' = 'die er als Weib jetzt bei sich hat'. Ergo si nunc uxoris loco illam ali disertis uerbis dicitur, antea eam ut non uxoris loco alitam esse, sic certe alitam esse manifestum est. Ac ueluti hac quoque aetate interdum fit, ut erus uxore defuncta ancillam, dum modo coquendi artem bene didicerit, in matrimonium ducat, ita apud Menandrum in Pseudheracle quidam coniugis mortuae ancillam habet paelicem fr. 520 K. CAF III p. 149:

μήτηρ τέθνηκε ταῖν ἀδελφαῖν ταῖν δυοῖν
ταύταιν· τρέφει δὲ παλλακή τις τοῦ πατρὸς
αὐτάς, ἅβρα τῆς μητρὸς αὐτῶν γενομένη.

Itaque etiam illam quam adulescentis pater habet uxorem, scilicet non legitimam sed, id quod Wilamowitz l. s. ostendit p. 520, paelicem, ancillam fuisse ueri est simillimum. Nec non ipsam uocem *ἅβρα* ad sanandum uersum 11 adhibebimus haud alienam a Menandri dictione cf. fr. 64 K. CAF III p. 21:

---

[1]) *ἐκδιδόναι* eadem qua 'edere' ratione usurpatur de patribus qui filias in matrimonio collocant cf. Pollux III 35 p. 166, 1 Bethe *ὁ δὲ πενθερὸς ἐγγυᾶι — ἐκδίδωσι* Men. fr. 102 K. CAF III p. 31 *ὃς οὐκ ἂν ἐκδοίη θυγατέρας ἅσμενος.*

[2]) Quod uerbum de meretricibus potissimum usurpatur ueluti Antiph. fr. 2 K. CAF II p. 13, Diph. fr. 87, 5 K. CAF II p. 570. Ubicunque autem de uxoribus et matronis dicitur, semper taedium redolet superbiam fastidium, ut in Menandri quae feruntur monostichis 468 CGF IV p. 353 Mein. Theop. fr. 55,2 K. CAF I p. 748.

ᾤμην εἰ τὸ χρυσίον λάβοι
ὁ γέρων, θεράπαιναν εὐθὺς ἠγορασμένην
ἄβραν ἔσεσθαι

et fr. 438 K. CAF III p. 127:

ἄβραν γὰρ ἀντωνούμενος
ἐρωμένην, αὐτῆι μὲν οὐ παρέδωκ' ἔχειν,
τρέφει δὲ χωρίς, ὡς ἐλευθέραν πρέπει.

Ac de huius uocis significatione uelim conferas Etym. Magn. 4, 22 *ἄβρα: οὔτε ἡ ἁπλῶς θεράπαινα οὔτε ἡ εὔμορφος λέγεται· ἀλλ' ἡ οἰκότριψ*; Bekker, Anecd. Gr. I p. 322, 12 *ἄβρα, ἡ σύντροφος καὶ παρὰ χεῖρα θεράπαινα*; Suidas s. u. *ἄβρα· οὔτε ἡ ἁπλῶς θεράπαινα οὔτε ἡ εὔμορφος θεράπαινα λέγεται, ἀλλ' οἰκότριψ γυναικὸς κόρη καὶ ἔντιμος, εἴτε οἰκογενὴς εἴτε μή.* Omnes autem quibus ea uox inueniatur locos [1]) enumerare longum est: hoc satis est commemorare differre inter se et codicum scripturas et sententias uirorum doctorum, sitne *ἅβρα* scribendum an *ἄβρα*. Ac ne Leo Meyer quidem (Handbuch d. griech. Etymologie I p. 132) rem absoluit. Neque enim quidquam agunt qui hoc uocabulum compluribus locis ab illo scriptis uoce 'delicata' uerti atque ab eadem stirpe de qua *ἁβρός* descendere opinentur. Nam ut taceam de mutato accentu: etiam si Plautus alii ita hanc uocem interpretati essent, quin ipsi iterum rem deliberaremus facere non possemus, quoniam ueteres uiri uel doctissimi, cum de uocum originibus quaererent, quantas ineptias protulerint nemo nescit. [2]) At inde quod Henricus Stephanus in Thes. Graec. ling. s. u. *ἄβρα* t. I 1 p. 79 incertorum quorundam Britannorum adfert sententias, qui secundum suae aetatis consuetudinem cum alia tum hoc uocabulum ex Hebraica lingua ortum esse censeant, recta ratio ac uia potest cognosci. Qua uia progressi Keller, Lat. Volksetymologien p. 196 sq. et Lewy, Semitische Wörter im Griechischen p. 68 *ἄβρα* originem ducere a uoce Aramaica הַבְרָה docent; unde *ἄβρα* scribendum esse adparere. Nec quisquam debet mirari quod ex ipsa Asiae lingua seruorum seruarumue genera et singula mancipia nomina acceperunt, quoniam ex Asia semper magnum seruorum numerum in Graeciam uenisse satis constat, cf. Büchsenschütz, Besitz und Erwerb im griech. Altertume p. 181 sqq. Strabo VII 12 p. 304 *ἐξ ὧν γὰρ ἐκομίζετο ἢ τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις ὁμωνύμους ἐκάλουν τοὺς οἰκέτας ὡς Λυδὸν καὶ Σύρον* e. q. s. Hermipp. fr. 63, 18 K. CAF I p. 243 *ἀνδράποδ' ἐκ Φρυγίας.* Ipsum autem nomen *Σύρος* quod Strabo l. s. commemorat hac in fabula u. 39 legitur, nec non Dauum qui u. 32 nominatur

---

[1]) Fuit etiam Nicostrati *) fabula *Ἄβρα* CAF II p. 219 sq.

[2]) cf. Uarro, de ling. Lat. V 101 in. et ex.

*) ein Dichter der neueren Komödie, daneben gab es auch einen Vertreter gleichen Namens der mittleren Komödie.

Δᾶος, de patria nomen habere testis est Terentius Phorm. 35 sq. qui Dauum quendam seruum dicentem facit haec:

'Amicus summus meus et popularis Geta
Heri ad me uenit'.

Huc accedunt loci quos Kock ad Men. fr. 946 K. CAF III p. 244 adtulit. Praeterea iuuat adscribere haec mancipiorum nomina, quae de patria singulorum mancipiorum sint deriuata: *Ἄραψ Ἀρμένιος Ἀσσύριος Βίθυς Κύπριος Λύδη Λυκία Μαιφάτης Μῆδος Μιλησία Μιλύας Φρυγία*; de quibus nominibus cf. Fick-Bechtel, Die griech. Personennamen p. 333 sqq. et p. 343 sqq. Accedit 'Aethiops' Auct. ad. Her. IV 50 p. 366, 16 Marx quod nomen quin Graecum sit nemo dubitabit.[1]) Sed ut redeat unde digressa est disputatio, uersum 11 sic supplendum esse censeo

[*ἔκ*[2]) *τινος ἅβρας*] *νυνὶ γυναικὸς τρεφομένης.*

Iam quid u. 12 ineunte scriptum fuerit quaeritur. Ubi Kaibel supplet [*οὐκ αὐτα*]*δελφή*, id quod defenditur quidem Pollucis loco III 24 p. 162, 16 Bethe *ἔνιοι δὲ τοὺς ἐξ ἑκατέρωθεν ἀδελφοὺς αὐταδελφοὺς καλεῖσθαι νομίζουσιν,* sed expressis uerbis esse eam genuinam sororem negari non modo non necesse uerum etiam longum est, propterea quod ipse adulescens u. 11 plane ac diserte eam eodem patre matre alia natam esse exposuit. Nec magis quam haec placet Henrici Weil coniectura *καλῶς* nec Friderici Blass *ὡς οὖσ'* nec *κοινῶς,* quod Haeberlin[3]) coniecit; quae coniecturae cum *τρεφομένης* sit seruandum omittendae sunt. Quod uero Carolus Dziatzko sororis nomen in lacuna deesse putat, neque ipse ullum proposuit neque nos quod proferamus repperimus. Quare rectius van Leeuwen uidetur suppleuisse [*ἡβῶσ' ἀ*]*δελφή*, quamuis exempla satis apta e comica dictione petita non inuenerimus. Atque de nuptiis cum hac sorore ineundis adulescens quasi de *δυσφεύκτω⟨ι⟩ κακῶ⟨ι⟩* loquitur. Quae uerba *δυσφεύκτω⟨ι⟩ κακῶ⟨ι⟩* Nicole in tali fere sententia scripta fuisse ratus est: *ἵνα δὲ δυσφεύκτω⟨ι⟩ κακῶ⟨ι⟩* | [4]) [*μὴ ἁλῶ, τίν' εὕρηχ' ὁδὸν*] *ἁπλῆν;* id quod, ut non dicam de aliis causis, propterea nequit probari quod inter *ΔΕΛΦΗ* et *ΙΝΑ* (u. 12) litteram aliquam in carta scriptam fuisse agnoverunt Britanni. Quae tamen ipsi scripserunt[5]) [*τ*]*ίνα δὲ δ. κ.*

---

[1]) cf. Wilamowitz, Hermes XL 1905 p. 175 sq.

[2]) cf. Aesch. Sept. 532 sq. *τόδ' αὐδᾶι μητρὸς ἐξ ὀρεσκόου*
βλάστημα καλλίπρωιρον, ἀνδρόπαις ἀνήρ.

[3]) Qui Britannorum supplementum [*ἧλιξ ἀ*]*δελφή* recte repudiauit.

[4]) de *Ι* muto omisso cf. Crönert, Memoria Graeca Herculanensis p. 40 sqq. nec non huius fragmenti u. 37 [*καταβάλ*]*η*, 66 *ΤΩ ΒΙΩ*, 87 *ΤΟΥΤΩ.*

[5]) Omitto, quod Agar, Classical Review XII 1898 p. 141 coniecit [*τ*]*ίνα δὲ δυσφεύκτω⟨ι⟩ κακῶ⟨ι⟩* | [*ἀντισταθῶ τέχνην τιν'*] *ἁπλῆν, οὕ⟨π⟩ως ἔχω* tradita littera *τ* in *π* correcta.

[εὕρω φυγὴν οὐκ οἶδ]α. πλὴν οὕτως ἔχω ea repudiauit recte Weil cum docuit: 'φυγὴν demanderait κακοῦ, le seul datif possible serait μοι'. Nec uero Dziatzko uersum ullum excidisse nobis persuasit. Nam δυσφεύκτω⟨ι⟩ κακῶ⟨ι⟩ cum eis quae sequuntur coniungi posse negauit, argumento non probauit. Sed ex Julii Nicole coniectura profecti fortasse propius ad uerum accedemus cum scribemus:

[τ]ίνα δὲ δυσφεύκτω⟨ι⟩ κακῶ⟨ι⟩
[ἁλοὺς ἔχοιμ' ἂν ὁδὸν] ἁπλῆν; οὕτως ἔχω.

Etenim inde quod οὕτως ἔχω sibi ipse respondet adulescens, etiam in interrogatione eum eodem uerbo usum esse concludere possumus. Nec non ὁδὸν ἔχειν simili ratione usurpatur cum alibi tum apud Sophoclem Oed. R. 311 μήτ' εἴ τιν' ἄλλην μαντικῆς ἔχεις ὁδόν et ἁπλῆ saepius uocatur ὁδός, ueluti apud Xenophontem Cyrop. I 3, 4 scriptum uidemus: ἀλλὰ πολὺ ἁπλουστέρα καὶ εὐθυτέρα παρ' ἡμῖν ἡ ὁδός ἐστιν ἐπὶ τὸ ἐμπλησθῆναι ἢ παρ' ὑμῖν. Uerbum ἁλίσκεσθαι autem cum κακῶ⟨ι⟩ posse coniungi, licet ipsius huius usus non praesto sint exempla, non negabit, quicunque Soph. Ai. 216 μανίαι γὰρ ἁλούς et Luc. Deor. dial. VI 3 ἁλοὺς ἔρωτι comparauerit. Ac quamnam uiam adulescens inuenisse sibi uideretur, ingeniosissime diuinauit Kaibel l. s. p. 153: 'Er denkt daran, einfach davon zu laufen: das muß V. 14 gestanden haben, etwa: [φύγοιμ' ἂν ἐκ τῆς οἰ]κίας οὐδὲν φράσας' cf. Plaut. Merc. 644 sqq. 830 sqq. Iam de eis quae insequuntur priusquam iudicemus, uerba τὸν γάμον quid sibi uelint quaerendum est. Quae uerba Wilamowitz eo pertinere arbitratur, quod adulescens amicam sese in matrimonium ducturum esse pollicitus sit. At cum iisdem uerbis u. 21 nuptiae quae a patre intus adparantur significentur, facere non possumus quin hoc quoque loco u. 15 τὸν γάμον ad easdem nuptias referamus. Itaque ut uu. 15 et 16 aptum praebeant sensum, Britannos secuti u. 15 supplebimus οὕτω et u. 16 amicae nomen interisse statuemus:

[οὕτω] λιπὼν δὲ τὸν γάμον τὴν φιλτάτην
[Μέλιττ]αν[1]) ἀδικήσαιμ' ἄν.

Sic enim res sententiaeque inter se excipiunt: adulescens, simulac cepit fugiendi consilium, statim si hoc modo effugerit nuptias sibi adparatas, magnam sese amicae iniuriam inlaturum cognoscit.

---

[1]) Hoc nomen exempli causa suppleuit Wilamowitz; cf. Athenaeus IV p. 157 a παρῆν ἡ θεατροτορύνη Μέλισσα — — — — αὗται δὲ ἦσαν τῶν οὐκ ἀσήμων ἑταιρίδων. Alciphr. ep. fr. VI 16 p. 96 Herch. ἴωμεν, ἔφη ἡ Μέλισσα, οἴκαδε καὶ κατακλινῶμεν. Aristaen. ep. II 14 p. 166 Herch. Μέλισσα — — Μελιττάριον. Kirchner, Prosopographia Attica No. 9836—9839 t. II p. 64. Μέλιττα etiam uocabatur Antiphanis comoedia CAF II p. 73 K. Possunt etiam alia nomina suppleri ueluti Εὔκλειαν (Athen. XIII p. 583 e Kirchner l. s. No. 5668 sq. I p. 368) similia.

Quae iniuria[1]) qualis sit, recte explanat Fridericus Blass, Lit. Centr.-Bl. 1898 col. 776: 'Was soll die (sc. Geliebte) denken, wenn zwar die Hochzeit schließlich zu Wasser wird, sie aber weder hiervon in Kenntnis gesetzt wird noch über seine weiteren Absichten'. Ad amicam igitur se conferre, quid sit factum enarrare, consulere quid sit faciendum constituit adulescens. Sed fores pulsare iam diu dubitat:

[κό]πτειν[2]) *δὲ μέλλων τὴν θύραν ὀκνῶ πάλαι,*[3])
[οὐ]κ οἶδα γὰρ τὸν ἀδελφὸν εἰ νῦν ἐξ ἀγροῦ
[ἐ]νθάδ' ἐπιδημεῖ.

Atque hunc fratrem non esse ipsius adulescentis, id quod Kaibel l. s. p. 151 opinatur, sed amicae esse patet. Nam adulescenti omnino esse fratrem alibi nusquam est traditum nec quare eius hoc loco mentio fiat, Kaibel probat. Contra amicae fratrem ruri (cf. *ἐξ ἀγροῦ* u. 18) Cleaeneto agricolae operam locasse Dauus u. 46 sqq. narrat. Quem fratrem cur adulescens timeat, nemo est qui nesciat. Periculum enim est, ne ille hoc ipso tempore adsit domi neue adulescentem, qui sorori uim intulerit antea, nunc ducere eandem dubitare uideatur, aut iudicio persequatur aut ui ulciscatur; cf. quae hac de re disseruerunt Britanni p. 18, Dziatzko p. 505 sqq. Itaque adulescens, ut iterum eandem rem deliberet, scaena exit:

[ἀ]λλ' ἐκποδὼν ἄπειμι καὶ βουλεύσομαι
τοῦτ' αὖθ', ὅπως δεῖ διαφυγεῖν με τὸν γάμον.

Atque in urbem quidem eum abire firmis argumentis euicit Dziatzko p. 507 adn. 1. Sed quod idem p. 506 sq. dixit 'geht der Jüngling einer schnellen Entscheidung aus dem Wege und verläßt die Bühne vermutlich nach der Stadtseite zu (rechts vom Zuschauer)', nunc non meum est totam hanc quaestionem, quae est de dextra ac laeua scaenae parte, ab ouo retractare. Id tamen dicam minime deesse testimonia e quibus contrariam ac quam Dziatzko protulit sententiam ueram esse intellegatur. Tradit enim Tzetzes Com. Gr. Fr. I p. 22, 81 Kaibel *ἂν οὖν ὡς ἐκ πόλεως ἐβάδιζεν πρὸς τὸ θέατρον, διὰ τῆς ἀριστερᾶς ἀψῖδος ἔβαινεν, ἂν δ' ὡς ἀπ' ἀγροῦ, διὰ τῆς δεξιᾶς* et Pollux IV 126 = p. 238, 18 Bethe *ἡ μὲν δεξιὰ τὰ ἔξω πόλεως δηλοῦσα, ἡ δ' ἑτέρα τὰ ἐκ πόλεως, μάλιστα τὰ ἐκ λιμένος* apud quem quae sequuntur p. 239, 3 *τῶν μέντοι παρόδων ἡ μὲν*

---

[1]) *οὐ γὰρ εὐσεβ⟨έ⟩ς* malim scribere quam *εὐσεβ⟨ῶ⟩ς*, quod unde pendeat, careat uerbo; ad *εὐσεβ⟨έ⟩ς* facile *ἐστιν* subauditur.

[2]) de *[κό]πτειν* cf. p. 99.

[3]) Sane, si *πάλι⟨ν⟩* quod coniecit Herwerden traditum esset, Menander quam eleganter adulescentis inconstantiam infirmitatemque animi depingeret laudaremus; nec uero ut quod est traditum id mutemus, hoc argumentum sufficit.

δεξιὰ ἀγρόθεν ἢ ἐκ λιμένος ἢ ἐκ πόλεως ἄγει ea corrupta esse adparet. Quibus medicinam facit Fridericus Marx cum in scholis quas de Plauti Rudente habet scribendum esse docet *ἡ μὲν δεξιὰ ἀγρόθεν, ⟨ἡ δ' ἀριστερὰ⟩ ἢ ἐκ λιμένος ἢ ἐκ πόλεως ἄγει*; quo in loco cum unum quodque colon quod uocant a littera *η* inciperet, facillime *ηδ αριστερα* omitti potuisse nemo non uidet. Nec non utrumque rerum scriptorem uocabulis *δεξιά* et *ἀριστερά* dextram et laeuam manum spectatorum, non histrionum significare et per se est probabile et ex ipsis ueterum poetarum scaenicorum operibus, dum modo uia ac ratione singula uerba interpretemur, concluditur. Atque quo modo in Plauti Rudente[1]) res se habeat, Fridericus Marx in scholis exponit. Urbem enim et portum in eodem[2]) scaenae latere esse sitos discimus ex u. 856:

'Iube illos in urbem ire obuiam in portum mihi.'

Atqui urbs sita est in eo latere in quo stat Arcturus cf. u. 32 sq.:

'Primumdum huic[3]) esse nomen urbi Diphilus
Cyrenas uoluit; illic habitat Daemones'

nec non in eodem latere Ueneris fanum[4]) conspicitur u. 61:

'Id hic est Ueneris fanum.'

Atqui fanum mulieres quae u. 253 in scaena uersantur, ad dextram habent:

'Fanum uidesne hoc? ╪ Ubist? ╪ Ad dexteram.'

Ergo mulieres etiam urbem portumque habent ad dextram. Quae mulieres cum spectatores adspiciant, nec quisquam actores cum de dextra et laeua dicerent non de ipsorum sed de spectatorum manibus cogitasse possit argumentis ullis confirmare, urbem portum fanum spectatores habent ad laeuam. Sed etiam alia quibus hanc Friderici Marx comprobem sententiam, in promptu sunt exempla: In Menaechmis Plautus uu. 555 sqq. Menaechmum alterum haec facit dicentem:

'Demam hanc coronam atque abiciam ad laeuam manum,
Ubi si sequentur me, hac abisse censeant.
Ibo et conueniam seruom si potero meum.'

---

[1]) Romanorum autem palliatae comoediae scaenam fuisse eandem quam nouae comoediae Graecae satis est consentaneum.

[2]) id quod etiam Albertus Müller Philol. 59, 1900 p. 9 sqq. probauit, qui tamen de Rudente argumenta non protulit p. 15.

[3]) uocabulo 'hic' eam scaenae partem, in qua is qui loquitur uersetur indicari, alteram uocabulo 'ille' nemo nescit.

[4]) Quod Soph. El. 7 sq. aliter res se habet, ad hunc locum interpretandum nihil ualere cognosces ex eis, quae Kaibel 'Sophokles' Elektra' p. 68 sq. docuit.

Deponit igitur adulescens coronam in ea scaenae parte quam spectatores habent ad dextram; ipse, ut eos qui se sequantur decipiat, ad laeuam abit ut seruum conueniat. Atqui huic seruo ut remiges in deuersorium aliquod duceret imperauit u. 436:

'abduc istos in tabernam actutum deuersoriam.'

neque est qui tabernas in quas remiges deuerti soleant in ipso portu uel in urbe haud procul a portu sitas esse neget. Itaque in portum urbemque adulescentem, ut cum seruo congrediatur, se conferre necesse est. Ergo cum ad eam partem, quam ad laeuam habeant spectatores, eum abire modo intellexerimus, urbem et portum spectatores habent ad laeuam. Accedit Terenti locus plane dilucidus: Andr. 734 sqq. seruus haec:

'Ego quoque hinc ab dextera
Uenire me adsimulabo; tu ut subseruias
Orationi, ut quomque opus sit, uerbis uide.'

i. e. simulabit se aduenire ab ea parte quam spectatores habent ad laeuam. Atqui u. 744 sqq. quasi a foro profectus sit se gerit:

'Di, uostram fidem,
Quid turbaest apud forum? quid illic hominum litigant.'[1])

Sequitur ut urbem, in qua forum sit situm, spectatores habeant ad laeuam.

Sed haec hactenus. Redeo ad cartam, cuius inde a uersu 22 noua quaedam incipit scaena.[2]) Ac foras prodeunt Philinna anus (cf. u. 22 et u. 54 *σιώπα γρᾴδιον*), de cuius indole ac natura egregie disputauerunt Kaibel l. s. p. 154 et Dziatzko p. 507, et altera quaedam femina minor natu, quae ab illa u. 25 *ὦ τέκνον* adpellatur. Hanc autem adulescentis esse amicam contendit van Leeuwen p. 309 argumento non adlato. At Philinna cum de amica loquitur uoce *τὴν κόρην* utitur u. 30, id quod non faceret, si cum ipsa illa haberet colloquium. Itaque amicam non adesse luce est clarius. Qua de causa facere non possumus, quin Dziatzkonem secuti Myrrhinam matronam[3]), quae infra u. 41 a seruo salutetur, iam nunc in scaena uersari et cum Philinna colloqui statuamus. Nec quidquam habet offensionis u. 25 *ὦ τέκνον*,

---

[1]) quem uersum Fleckeisen sic correxit:
'Apud forum quid turbaest? quid illic hominum litigant?'

[2]) In qua cum singula uerba singulis personis recte Britanni tribuerint, longum est acta retractare.

[3]) Myrrhina matrona inuenitur Plaut. Cas. 170/1, 1000 Ter. Hec. 523, anus Timocl. fr. 25 K. CAF II p. 462:

εὕδουσι γρᾶες — — — Μυῤῥίνη

cf. Bechtel, Die attischen Frauennamen p. 103; Kirchner l. s. No. 10480—10489 II p. 107 sq.; Aristoph. Lys. 70.

dum modo Philinnam multis annis Myrrhina maiorem natu esse censeamus siue ancillam siue, id quod ueri est similius nutricem cf. Diatzko l. s. p. 507. Myrrhinam autem matrem esse eius quam adulescens adamauerit p. 53 sq. exposuimus. Iam quanam e domo mulieres exeant quaerendum est. Inde enim quod Myrrhina Philinnae quanto rerum in discrimine uersetur modo explicauit, Dziatzko p. 507 recte concludit non in eadem domo habitare utramque: 'Im Hause der M. wäre sie (i. e. Philinna) wohl schon früher von dem unterrichtet worden, was M. ihr eben erst vertraut hat' et p. 509 Myrrhinae domo mulieres egredi suo iure negauit. Quae cum ita sint, Myrrhina ad Philinnam ut cum ea colloqueretur se contulisse uidetur, nunc illius domo egressa ab eadem domum deduci. Tres igitur in scaena domos fuisse patet, adulescentis, Philinnae, Myrrhinae et amicae. Quae domus quo fuerint ordine dispositae, licet scire non possimus, attamen probabilia coniectura sequi iuuat. Ac primum quidem adulescens u. 17 constitit ante amicae et Myrrhinae aedes, tum abit ad laeuam. Harum igitur aedes in dextra scaenae parte sitas esse non putauerim, quia si essent, adulescens per totam scaenam ire deberet, id quod abhorret a ueri specie. Deinde Dauus ex agro i. e. a dextra flores adfert adulescentis domum. Quam domum in dextra parte sitam fuisse propterea arbitrari nolim, quod si ea in laeua uel media scaena conspiciebatur, facillime spectatores magno florum pondere in media scaena ostentato delectari poterant. Quibus de causis neque adulescentis aedes nec Myrrhinae in dextra uidentur fuisse sed Philinnae. Nec non in media scaena utrum fuerit adulescentis an Myrrhinae domus, fortasse aliqua ansa datur u. 25 sq.

[πρ]ὸς τὴν θύραν ἐλθοῦσα καὶ καλέσασα τὸν
[ἀλα]ζ⟨ό⟩ν' ἔξω τοῦτον εἰπεῖν ὅσα φρονῶ.

Haec enim uerba multo redduntur uehementiora maioremque accipiunt uim ac uigorem, si eodem temporis momento pronuntiantur, quo mulieres Philinnae domo ad Myrrhinae aedes iturae ipsam adulescentis domum praetereunt. Unde fortasse hanc domum in media scaena, Myrrhinae in laeua sitam esse efficies. Adulescens igitur qui primus inducitur e mediis aedibus egressus uersus 1 sqq. agit, deinde tarde nec sine mora ad laeuae domus portam accedit, denique in urbem i. e. ad laeuam abit. Tum mulieres e dextra domo prodeunt et adulescentis h. e. mediam domum iam sunt praeteriturae, cum u. 31 sq. Dauus seruus a dextro latere aduenit.

Sed ueniamus tandem ad ea tractanda, quae inter se communicant mulieres. Neque de ipsa re uberius apud spectatores uerba faciunt; qui non audiunt nisi Myrrhinam adfirmantem omnia

sese Philinnae quasi beneuolae ac familiari enarrasse, ne quid illa in uulgus differat

> [ἀ]λλ' ὡς πρὸς εὔνουν, ὦ Φίλιν⟨ν⟩α[1]) τοὺς λόγους
> [π]οουμένη σε πάντα τἀμαυτῆς λέγω.
> [ἐν τ]οῖςδ' ἐγὼ νῦν εἰμί.

Ac quod scriptum uidemus [*Π*]*OOYMENH*, de ratione scribendi uerbi ποεῖν uelim conferas Crönert, Memoria Graeca Herculanensis p. 116 sqq. et Meisterhans, Grammatik der attischen Inschriften³, qui p. 57, 2 haec dicit: 'Im Verbum ποιεῖν kann ι überall schwinden vor folgendem E-Laut' et p. 57, 3 'Der Ausfall von ι in ποιεῖν findet sich schon im VI. Jahrhundert, besonders häufig wird er im IV. Jahrhundert; in der Kaiserzeit hört er fast ganz auf.' Unde Menandrum plerumque ι litteram ante ει et η omisisse adparet. Ac re uera non nunquam in Stobaei codicibus, in quibus permultae Menandri reliquiae extant, haec quae genuina est scriptura inuenitur:

fr.	209, 3 K.	CAF III	p. 60 =	Stob.	Flor. 63, 21	ποεῖ Uoss.
„	405, 2	„	„ 118 =	„	„ 96, 20	ποεῖν Uoss. H.
„	540, 7	„	„ 162 =	„	„ 38, 29	ποεῖν codd.
„	605, 3	„	„ 183 =	„	„ 109, 4	ποῇς A. B.
„	784	„	„ 217 =	„	„ 37, 1	ποεῖ Trinc. (cod. Uen. Marc.)

Accedunt ex Periciromenae fragmento u. 30 συμποήσουσ' Oxyr. Pap. II p. 14, ex Colacis fragmento u. 67 ποεῖν et u. 85 ποεῖς l. s. III p. 21 et 23, ex Phasmate u. 7 πόει cf. p. 111. Sequuntur loci, ubi ποιεῖν similia exhibent codices ita comparati ut prior uerbi syllaba corripiatur: in ultima uersus sede ποιεῖν similia leguntur fr. 19 K. CAF III p. 9; fr. 63 l. s. p. 21; fr. 66, 2 p. 22; fr. 97, 3 p. 30; fr. 128, 11 p. 38; fr. 160, 2 p. 46; fr. 203ᵇ p. 58; fr. 235, 7 p. 68; fr. 252, 2 p. 73; fr. 273, 2 p. 78; fr. 355, 1 p. 103; fr. 381, 3 p. 110; fr. 463 p. 133; fr. 518, 9 p. 148; fr. 568, 3 p. 174; fr. 584, 3 p. 177; fr. 599, 2 p. 181; fr. 610, 2 p. 184; fr. 632, 2 p. 188; fr. 643, 2 p. 190; fr. 653, 2 p. 192; fr. 665, 2 p. 194; fr. 676, 2 p. 196; fr. 685, 2 p. 198; fr. 742 p. 210; fr. 790 p. 218; in quarta sede: fr. 68, 1 p. 23; fr. 348, 7 p. 101; fr. 513, 1 p. 147; fr. 540, 7 p. 162; fr. 623, 2 p. 186; fr. 725, 2 p. 206; fr. 794 p. 218; in altera sede: fr. 14, 2 p. 8; fr. 320, 3 p. 92; fr. 419, 3 p. 122; fr. 515 p. 147; fr. 518, 4 p. 148; fr. 540, 7 p. 162; fr. 575, 2 p. 175; fr. 687, 2 p. 198; Peric. 42; in prima sede fr. 113, 4 p. 34; fr. 381, 1 p. 110; in quinta sede: fr. 450, 3 p. 129. His 45 locis[2])

---

[1]) *ΦΙΛΙΝΑ* legitur in carta ueluti u. 28; cf. *ΓΕΝΙΚΗ* u. 42. De Φίλιννα cf. Aristaen. ep. II 3 p. 159 Herch.

[2]) Sunt omnino 13, ubi producaturne an corripiatur prior syllaba discerni nequit.

quin Menander ipse secundum suae aetatis usum consuetudinemque *ποεῖν* similia scripserit, eo minus est dubium quo magis ex fr. 540, 7 K. CAF III p. 162 codicum ac memoriae ratio cognoscitur

φθισικὸν πεποίηκε καὶ ποιήσει καὶ ποεῖ.

Quo in uersu cum ex Uossiani codicis lectione *ποεῖ* Menandrum scripsisse apertum sit, nemo est qui putet non librarios, quorum temporibus nemo sane *ποεῖ* similia scribebat, seu neglegentia seu consilio de suo mutasse, sed ipsum poetam in eodem uno uersu uerbi eiusdem admisisse scripturas duas. Quod uero bis, in huius de quo agitur fragmenti u. 86 *νῦν τί ποιῆσαί με δεῖ* et fr. 404, 2 CAF III p. 117

καὶ παιδοποιεῖσθ'· ὡς ἀλόγιστός ἐστ' ἀνήρ

ne numeros uersuum turbaret, *οι* scripsit forma quae tum esset antiquior usus, exceptio est ut ita dicam qua confirmetur regula. Restant eae uerbi *ποεῖν* formae in quibus priorem syllabam *ω* uel *ου* sequitur. Quas formas Meisterhans l. s. sine littera *ι* scriptas in Atticis inscriptionibus nusquam occurrere docet. In cartis bis inueniuntur, hoc unde profecti sumus loco et Peric. 14 *ποῶν*; possunt scriptae fuisse fr. 217, 4 K. CAF III p. 62; fr. 462, 10 p. 132; fr. 663, 1 p. 194, quibus locis *οι* quod est traditum corripiatur; certe non defuit *ι* fr. 245, 4 K. CAF III p. 71 *ὃ τοῦτο ποιῶν*. Sed cum exemplorum copia satis magna non suppetat, adhuc res diiudicari non potest neque erroris conuincetur qui *ποῶν* et *ποουμένη* librariorum neglegentia orta esse censeat. Cauti ac considerati forsitan sit uno quoque loco quod est traditum id seruare interim ac, si omnino sententia est proferenda, statuere Menandrum et *ο* et *οι* scribere potuisse. Seruemus igitur hoc quoque in uersu 23 *[π]οουμένη*. In quo uersu Dziatzko *σε* correxit in *σοι*. At tamen ea quae tradita sunt possunt defendi. Nam poterat poeta, quae conectenda erant *ὡς πρὸς εὔνουν* et *σε*, eadem uerba, quo uehementiora redderet, disiungere interpositis uerbis *ὦ Φίλιν⟨ν⟩α τοὺς λόγους [π]οουμένη*. Hoc sane concedendum est satis insuetum uideri hunc uerborum ordinem. Deinde u. 24 *[ἐν] οἷς δ'* editores Britannici suppleuerunt nec tamen quo modo *δὲ* particula post pronomen relatiuum posset stare ostenderunt. Itaque cum reliquis faciamus uiris doctis qui u. 23 exeunte interpungunt et *[ἐν τ]οῖσδ' ε. ν. ε.* scribunt. Quibus uerbis dictis matrona finem imponit inopiae suae et calamitati enarrandae. Ac post haec uerba quamuis librarius alteram personam loqui non indicauerit signo adposito, tamen ea quae sequuntur uerba esse Philinnae unus quisque uidet:

καὶ νὴ τὼ θεὼ
[ἔγ]ωγ' ἀκούουσ', ὦ τέκνον, μικροῦ δέω

[πρ]ὸς τὴν θύραν ἐλθοῦσα καὶ καλέσασα τὸν
[ἀλα]ζ⟨ό⟩ν' ἔξω τοῦτον εἰπεῖν ὅσα φρονῶ.

Iam ad singula: u. 24 τὼ θεὼ pertinere ad Cererem et Proserpinam testis est Photius Lex. s. u. μὰ τὼ θεὼ p. 250, 12 Porson = I p. 409 Naber: γυναικεῖος ὅρκος· δυϊκῶς δὲ ὀμνύουσι τὴν Κόρην[1]) καὶ τὴν Δήμητραν, ἀνδράσι δὲ οὐ πρέπει τοῦτον ὀμνύναι. Cuius cum testimonio uelim conferas Aristoph. Eccl. 155 ubi mulier quaedam uiri specie sibi adsumpta dixit ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ μὰ τὼ θεώ;[2]) quare castigatur ab altera quadam u. 158 ἀλλ' ἀνὴρ ὢν τὼ θεὼ κατώμοσας, quod scholiasta a. h. l. p. 316^b 32 Dübner sic interpretatur μὰ τὼ θεὼ· (ἐπειδὴ γυναικῶν ὁ ὅρκος) παίζει· οὐ γάρ δεῖ σε, φησίν, ὑποκρινομένην ἄνδρα γυναικεῖον ὅρκον ὀμνύναι τὰς θεάς. Ac quod Hesychius s. u. μὰ τὼ θεὼ exhibet οὐ μόνον γυναῖκες ἀλλὰ καὶ ἄνδρες ὤμνυον, aut ipse aut is ex quo haec sumpsit auctor hunc Aristophanis locum modo adlatum non plane perspexit. Ad ipsa autem uerba τὼ θεὼ quod attinet cf. Eur. Phoen. 684 sqq.: διώνυμοι θεαί, | Περσέφασσα καὶ φίλα | Δαμάτηρ θεά, | πάντων ἄνασσα Cass. Dio LI 4, 1 t. II p. 355, 13 Boissevain καὶ τῶν τοῖν θεοῖν μυστηρίων μετέλαβεν Roscher, Ausführl. Lexikon d. Gr. u. Röm. Mythologie s. u. Kore u. Demeter II p. 1284 sqq. Deinde uu. 26 sq. ubi traditum est ΚΑΛΕΣΑΣΑΤΟΝ | . . . ΖΩΝ' Dziatzko scribendum esse opinatur καλέσασά ⟨νιν⟩ | [τὸν ἀλα]ζ⟨ό⟩ν': 'Der spätere Schreiber wußte καλεσασα νιν wohl nicht zu deuten und besserte auf eigne Hand; auch anders könnte der Vers ergänzt werden.' At quicunque traditam memoriam corrigit, is quae sunt tradita ea omnino ferri non posse debet demonstrare. At Dziatzko ne unum quidem protulit argumentum nec nos ullum repperimus. Neque enim articuli in extremo uersus pede positi — ut taceam de ceteris poetis comicis — apud Menandrum desunt exempla cf. fr. 319, 11 K. CAF III p. 91

ἐγὼ μὲν οὖν ὤν γ' ὁ θεὸς οὐκ εἴασα τὴν
ὀσφὺν ἂν ἐπὶ τὸν βωμὸν ἐπιθεῖναί ποτε et fr. 320, 1 K.

CAF III p. 92 ἐμὲ γὰρ διέτριψεν ὁ
κομψότατος ἀνδρῶν Χαιρεφῶν e. q. s. fr. 402 K. CAF III p. 115

u. 9. σιωπᾶν βούλομαι τὴν νύκτα τὴν
πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν et u. 12 εἶτ' ἐστὶ τὸ
φρύαγμά πως ὑπόστατον.

Uocem uero [ἀλα]ζ⟨ό⟩ν' recte redintegratam esse nemo negat[3]),

---

[1]) sic enim pro κόρην quod uterque editor in textu quem dicunt posuit scribendum esse patet.

[2]) cf. etiam Lysistr. 112 νὴ τὼ θεώ.

[3]) ο et ω librarius plus semel confudit ut u. 5 ΩΜ'ΑΠΟΛΟΛΗΚΕ u. 29 ΤΟΙ[. .]ΤΩΣ u. 38 ΔΠΕΔΟΚΕΝ u. 61 ΦΑΥΛΟΣ (pro φαύλως) ΟΥΤΩΣΕΙ (pro οὑτοσί) u. 73 ΜΟΝΩΣ u. 83 . . . ΩΣΩ (pro [ἔρρ]ωσο) scripsit.

quae uox usitatissima est apud comicos poetas cf. Men. fr. 563 K. CAF III p. 172 fr. 875 K. CAF. III p. 231. Denique cum *εἰπεῖν ὅσα φρονῶ* comparanda sunt quae apud Sophoclem leguntur El. 334

δηλώσαιμ' ἄν, οἷ' αὐτοῖς φρονῶ.

Iam priore u. 28 parte Myrrhinam Philinnae respondere luce est clarius ex ipsis uerbis, quae in carta sic sunt tradita: *ΙΓΕ ΦΙΛΙΝΑΧΑΙΡΕΤΩ*. Ac Robinsonis Ellis supplementum [*ἔμο*]*ιγε*, quod Britanni et van Leeuwen comprobauerunt, Kaibel Weil Dziatzko repudiauerunt et [*μή σ*]⟨*ύ*⟩*γε* scripserunt *ι* littera in *υ* correcta. Cuius correcturae argumentum quamquam non adiecerunt, e re metrica uidentur duxisse cf. quae 'de incisionibus anapaesti in trimetro comico Graecorum' eruit Curtius Bernhardi, Act. soc. philol. Lips. I 2 (1872) p. 285 sq. No. I et II. Sed cum semper huius modi legibus aliquid insit dubitationis atque rarissime, in primis cum de fragmentis agitur, unum argumentum ex arte metrica sumptum ad ea quae sunt tradita corrigenda satis multum ualeat, hoc loco Henricum Weil alios, quamuis lenis sit quam proposuerunt correctura, nolim sequi atque id quidem eo minus, quod ipse Curtius Bernhardi p. 250 ut legem quam inuenit comprobet in Menandri[1]) fr. 710 K. CAF III p. 202

ὅταν τι μέλλῃς τὸν πέλας κακηγορεῖν
αὐτὸς τὰ σαυτοῦ πρῶτον ἐπισκέπτου κακά

pro *πρῶτον* cum Augusto Meineke *πρῶτ'* scribere cogitur. Sed forsitan contingat, ut uersum recte suppleamus ita, ut neque ab hac lege discedamus neque quae sunt tradita ea mutemus, si scripserimus [*μή τ*]*ί γε* subaudito uerbo *εἴπῃς* cf. Kühner-Gerth, l. s. II 2 p. 572 in. Nec quamquam *μή τί γε* saepissime idem esse ad 'nedum' non ignoramus, quin hoc loco propriam possit habere significationem dubitamus. Nam *μή τι* spectat ad *ὅσα* et *γε* particula solet adhiberi ab eis qui uetent aliquid uel iubeant cf. Hartung, 'Lehre v. d. Partikeln der griech. Sprache' I p. 372 sq. et Aristoph. Pac. 325 sq.

αὐτὼ τὼ σκέλη χορεύετον ⋕
μή τι καὶ νυνί γ' ἔτ', ἀλλὰ παῦε παῦ' ὀρχούμενος.

Unus tamen mihi restat scrupulus, quod aptiora non repperi exempla, quibus re uera Menandrum [*μή τ*]*ί γε Φίλιν*⟨*ν*⟩*α, χαιρέτω* scripsisse euincam. Sed quocunque modo ea res se habet, Philinna matronae uoluntati non obsequitur, sed uehementer quod Myrrhina ad eam progressa sit animi infirmitatem ut puellam ab adulescente impune laesam esse sinat, uituperat

---

[1]) Quod an omnino sit Menandri suo iure in dubium uocauit Nauck, Mélanges Gréco-Romains VI 1894 p. 131. Sed cum sine dubio nouae sit comoediae, potest esse exemplo.

τί χαιρέτω;
[οἰμ]ωζέτω μὲν οὖν[1]) τοι[οῦ]τ⟨ο⟩ς ὢν γαμεῖν,
ὁ μιαρὸς[2]) οὗτος, ἠδικηκὼς τὴν κόρην.

Atque hanc uituperandi notionem, quam toti inesse sententiae adparet, maxime uoce τί exprimi cognosces ex Diph. fr. 96, 2 K. CAF II p. 572. πάξ ╫ τί πάξ; ubi alter uocem ab altero modo dictam ut reprehendat repetit praemisso pronomine τί. Deinde [οἰμ]ωζέτω quin uerum sit nemo est qui dubitet, quod uerbum solet apud comicos poetas usurpari de eis, quibus aliquid mali sese inlaturum quidam minetur, cf. Eupol. fr. 305 K. CAF I p. 340

τίς οὐξεγείρας μ' ἔστιν; οἰμώζει μακρὰ
ὅτιή μ' ἀνέστησ' ὠμόνπνον

et Diph. fr. 43, 36 K. CAF II p. 554 οἰμώξει μακρὰ
πρῶτος μαγείρων.

Nec minus certum est τοι[οῦ]τ⟨ο⟩ς recte esse redintegratum cf. Philem. fr. 119, 3 K CAF II p. 515

ἢ τὸν αὐτὸν ἀέρα
ἑτέροισιν ἕλκεις, εἰπέ μοι, τοιοῦτος ὤν;

Quod enim Nicole scripserat τό⟨ν⟩ [οὕ]τω σῶν id neque est satis perspicuum nec cum uerus singularum fragmenti partium ordo ac conexus innotuerit,[3]) omnino congruit cum rerum ratione uerborumque perpetuitate. Iam quod van Leeuwen[4]) in eodem u. 29 γαμεῖν mutat in γαμεῖ non laudabimus, sed γαμεῖν infinitiuum pendere e uoce τοιοῦτος nobis persuasimus cf. Kühner-Gerth, l. s. II 2 p. 10. Nec non ex hoc loco cum fr. 93—95 CAF III p. 28 sq.

---

[1]) μὲν οὖν saepe adhibetur ut aliquid quod antea dictum est corrigatur cf. Eur. Phoen. 551

περιβλέπεσθαι τίμιον; κενὸν μὲν οὖν

Eupol. fr. 74 K. CAF I p. 275

ἀνόσια πάσχω ταῦτα, ναὶ μὰ τὰς Νύμφας. ╫
πολλοῦ μὲν οὖν δίκαια, ναὶ μὰ τὰς Κράμβας.

Aristoph. 569, 8 K. CAF I p. 536

μέγιστον ἀγαθόν, εἴπερ ἔστι δι' ἐνιαυτοῦ
ὅτου τις ἐπιθυμεῖ λαβεῖν ╫ κακὸν μὲν οὖν μέγιστον

Anaxandr. fr. 3, 3 K. CAF II p. 136

ἐκάρωσεν ὑμᾶς ╫ ἀνακεχαίτικεν μὲν οὖν.

Anaxil. fr. 21, 6 K. CAF II p. 269

ἆρ' ὡς ἀληθῶς ἐστι γοῦν
ἁπλῆ τις; ╫ ἀστεία μὲν οὖν, νὴ τὸν Δία.

[2]) cf. Men. fr. 535, 6 K. CAF III p. 159 ἔθνος μιαρόν Aristoph. Uesp. 900 et Thesm. 649 ὦ μιαρὸς οὗτος.

[3]) cf. p. 5.

[4]) Quem Dziatzko primum solus secutus de sententia decessit Rh. M. 55 1900 p. 111.

collato Dziatzko l. s. p. 505 sq. sagacissime puellam ab adulescente esse compressam concludit.[1]) Atque ex eodem loco si omnino fieri potest, aliquid ad supplendos uu. 3—4 fortasse eruemus. Adulescentem enim cum u. 3 dicat [ἦν δ᾽ οὐ πονη]ρ[ὸς ο]ὐδ᾽ [ἐ]δόκουν [2]) ʿneque eram malus neque mihi uidebarʾ sc. malus esse,[3]) de uitiata uirgine cogitare ueri est simillimum. Qua cum coniectura optime congruunt quae u. 4 manserunt reliquiae ὁ μειρακίσκος ἐν ἀγρῶι διετέλει. Cum enim hic μειρακίσκος qui uocatur, quem amicae fratrem esse ex uu. 18. 19 et eis quae p. 21 disseruimus facile intelleges, ruri uersaretur, occasio erat amoris cum sorore communicandi. Itaque ut hanc sententiam exprimeret, sic fere poterat poeta scribere:

ἦν δ᾽ οὐ πονηρὸς οὐδ᾽ ἐδόκουν [τῆι φιλτάτηι]
[συνών, ὅθ᾽] ὁ μειρακίσκος ἐν ἀγρῶι διετέλει.

Etenim τὴν φιλτάτην illum potuisse dicere ex ipsius huius fragmenti u. 15. manifestum est. Nec uocem συνεῖναι, quam de amantium consuetudine usurpare solent Attici, a comoediae dictione esse alienam testis est Anaxilas fr. 22 K. CAF II p. 270, qui de meretricibus u. 24 haec:

ὡς ἐρῶσι καὶ φιλοῦσι καὶ σύνεισιν ἡδέως.

Denique quod in carta u. 4 scriptum uidemus *ΕΟΜΕΙΡΑΚΙΣΚΟΣ*, non est argumentum quo supplementum illud repellatur. Nam saepius elisionem quam uocant librarius neglexit ueluti u. 9 *ΘΥΟΝΤΑ ΕΝΔΟΝ* et u. 40 *ΠΑΝΤΑΟΣΑ* legitur. Quare etiam hoc loco non est cur non [*ΣΥΝΩΝΟΤ*]*ΕΟΜΕΙΡΑΚΙΣΚΟΣ* eum scripsisse statuamus. Totus autem locus ut apte cum eis quae sequuntur conectatur, [νῦν δ᾽ ἔτυχε] quod suppleuit Dziatzko recepimus. Attamen una restat difficultas: Dziatzko enim p. 507 dicit: ʿSein (sc. adulescentis) Name kommt in Sc. II nicht vor und konnte doch auch durch den Jüngling selbst nicht gut den Zuschauern mitgeteilt werden. Ebensowenig war er die geeignete Person, um den entscheidenden Vorfall, die Entehrung des Mädchens, die Geheimhaltung des Zustands und was sonst damit zusammenhängt, selbst vorzutragen.ʾ At utrumque argumentum non multum ualet et expeditur res,

---

[1]) cf. com. inc. fr. 297 K. CAF III p. 462

Πάμφιλος γαμεῖ; γαμείτω, καὶ γὰρ ἠδίκησ᾽ ἐμέ,

ubi rectius quam Kock l. s. ἠδίκησέ με Dziatzko Rh. M. 31, 1876 p. 373 distinguendum censet ἠδίκησ᾽ ἐμέ. Cum enim Pamphilus ille alteram quandam ducturus sit, eam quae loquitur compresserit, quo magis dilucide haec alteri opponatur, uehementior forma ἐμέ praeferenda est.

[2]) cf. p. 6 app. crit.

[3]) Facile enim ex ἦν subauditur εἶναι.

dum modo Quintiliani testimonium inst. or. XI 3, 91 = II p. 297, 17 Halm recte interpretemur: ‘cum mihi comoedi quoque pessime facere uideantur, quod, etiamsi iuuenem agant, cum tamen in expositione aut senis sermo, ut in Hydriae prologo, aut mulieris, ut in Georgo, incidit, tremula uel effeminata uoce pronuntiant.’ Quo ex testimonio adulescentem, qui uu. 1—21 expositionem agat, in ea quae ad hanc aetatem non peruenit expositionis parte Myrrhinae quaedam uerba repetiuisse cognoscitur; neque potest reperiri argumentum cur adulescens illam non induxerit sese nomine adpellantem atque quod amicam uitiauisset uituperantem. [1]) Quae cum ita sint, iam argumenta, quibus Dziatzko usus primae quae exstat scaenae alteram quandam antecessisse probat, concidunt atque confirmatur Udalrici de Wilamowitz-Moellendorff sententia, qui l. s. p. 530 sq. in quinque illis paginis quae perierunt [2]) ipsius fabulae non ita multos uersus scriptos fuisse demonstrauit, sed uitam Menandri, hypothesin quam dicunt, prolegomena.

Sed pergamus ad u. 31 tractandum, in quo uersu hae seruantur litterae

ΤΟΣΟΥΤΟΥΣΚΑΤΑΤ . . . . ΠΡΟΣΕΡΧΕΤΑΙ

quas Nicole suppleuit [χόλους] τοσούτους κατατ[ίθου] non magna cum ueri similitudine. Neque enim χόλοι pluralis numerus pro singulari, ita ut idem sit atque ‘ira’ positus usquam occurrit. Neque [ὅρκους] τοσούτους κατατ[εμών] quod Dziatzko proposuit, ullo potest comprobari exemplo. Quod vero van Leeuwen scripsit

[τί δαὶ] τοσούτους κατατ[εμὼν] προσέρχεται
[θαλλοὺς] ὁ θεράπων e. q. s.

curnam Myrrhina, cum mulieres adulescentis nuptias adornari non nesciant (cf. u. 29), omnino ita interroget, non uideo. Multo autem aliter atque hi uiri docti hunc locum sanare conatus est Kaibel p. 154 adn. 6 cum post *ΤΟΣΟΥΤΟΥΣ* personarum mutationem fuisse statuit et scripsit

[ἄχρησ]τος. (My.:) οὗτ⟨ο⟩ς κατὰ τ[ύχην] προσέρχεται

hac usus argumentatione: ‘Da außerdem zu τοσούτους sich kein passendes Nomen denken läßt, auch nicht abzusehen ist, wie dieser Akkusativ zu γαμεῖν in Beziehung zu setzen wäre, so habe ich versucht, V. 31 ein Adjektiv auf —τος zu ergänzen, wovon γαμεῖν abhinge. Aus dem übrig bleibenden *ΟΥΤΟΥΣ* war dann οὗτος zu machen und mit dem folgenden zu verbinden: οὗτος κατὰ τ[ύχην]

[1]) Similiter hac de re iudicauit Carolus Schenkl, ‘Jahreshefte des Oesterr. archaeol. Instituts’ I 1898 p. 50 qui reliqua, cum Britannorum editionem nondum nouisset, non potuit recte absoluere.

[2]) In cartae enim paginis numeri ϛ et ζ scripti sunt. cf. Britannorum ed. p. 6.

προσέρχεται, d. h. opportune, in tempore, wie es so oft bei Plautus und Terenz heißt. Nur hätte ich für ἄχρηστος gern etwas Passenderes ausfindig gemacht.' Ac de infinitiuo γαμεῖν quid sit iudicandum supra diximus, nec de ἄχρηστος multis disserere opus est, quippe quae coniectura ipsi auctori displiceat. Sed quod κατὰ τ[ύχην] suppleuit, minime in tempore Dauus uidetur uenire. Immo inde quod Myrrhina ubi illum conspexit, Philinnae ut secum paullum secedat imperat, eam cum seruo congredi nescio qua de causa uereri concludes. Quae cum ita sint, facere uix possumus, quin ad ea quae Britanni coniecerunt[1]) refugiamus [λόγους] τοσούτους κατατ[ίθου] cf. Plat. Tim. p. 59 CD ἣν ὅταν τις ἀναπαύσεως ἕνεκα τοὺς περὶ τῶν ὄντων ἀεὶ καταθέμενος λόγους, τοὺς γενέσεως πέρι διαθεώμενος εἰκότας ἀμεταμέλητον ἡδονὴν κτᾶται, μέτριον ἂν ἐν τῶι βίωι παιδιὰν καὶ φρόνιμον ποιοῖτο. Sed cum Philinna antea sese facturam esse gloriata sit quod perficere nunquam potest, pro λόγους uocem expectamus minus ambiguam et quae angustius ualeat, ut fortasse κόμπους, quae uox apud Atticos et in primis apud tragicos poetas usitata ne a comoediae quidem aliena est dictione cf. Alex. fr. 25, 9 K. CAF II p. 306

ἀρεταὶ δὲ πρεσβεῖαί τε καὶ στρατηγίαι
κόμποι κενοὶ ψοφοῦσιν ἀντ' ὀνειράτων.

Ad cetera autem Myrrhinae uerba restituenda, cum quod van Leeuwen coniecit, id stare non posse supra ostenderimus, primum in censuram uocemus Georgii Kaibel supplementum ἡμῶν:

προσέρχεται
[ἡμῶν] ὁ θεράπων ἐξ ἀγροῦ Δᾶος.

Ac Myrrhinam adulescentis esse nouercam ille opinatur; quae si esset, certe Dauum, quem seruum esse de eius familia, qui filio nuptias adparet, Dziatzko p. 510 planum facit, 'nostrum seruum' posset nominare. At nullum ex eis quae sunt tradita potest peti argumentum, quo Georgii Kaibel opinio comprobetur. Immo ne credibile quidem est Philinnam coram ipsa nouerca tam insolenter u. 29 loqui de priuigno. Huc accedunt argumenta a Dziatzkone l. s. p. 517 sq. enumerata quae sane sunt firmissima. Deinde quod αὐτῶν scripserunt Nicole Weil Dziatzko, cum antea de uno adulescente non de eius familia domo parentibus uerba sint facta, uereor ut hoc satis dilucide sit dictum. Neque ἡμῖν quod Britanni coniecerunt placet, quoniam uidetur esse superuacaneum. Sed cum

[1]) Blass qui [ὅρκους] τοσούτους κατα⟨π⟩α[τῶν] coniecit, quod τ in π mutauit non feliciter defendit cum adnotat: 'Allerdings lesen Nicole und Grenfell-Hunt κατατ, aber die Handschrift selbst ist sehr fehlerhaft.' Nam qui in hac carta recensenda tali utetur ratione, omnia poterit probare, quaecunque uolet.

u. 31 sq. uerbis *προσέρχεται* e. q. s. causa adferatur de qua Philinna ostentatione abstinere ac tacere iubeatur, uerbum *προσέρχεται* si non desiderat, admittit particulam *γὰρ*. Quare non dubito quin supplere liceat: *προσέρχεται*

[γὰρ δεῦρ'][1]) *ὁ θεράπων ἐξ ἀγροῦ Δᾶος·*

cf. Aristoph. Aues 1414 *ὅ δ' αὖ μινυρίζων δεῦρό τις προσέρχεται.* Iam pergit Myrrhina: *βραχὺ | τ[ηιδ]⟨ί⟩ μεταστῶμεν. τηιδὶ* enim recte uidetur esse suppletum, quamuis littera quae ante *μεταστῶμεν* scripta fuit *H* esse uideatur Britannis, cf. Aristoph. Thesm. 1223 sq.:

ποῖ θεῖς; οὐ πάλιν

τηιδὶ διώξει; 'ς τοὔμπαλιν τρέχεις σύγε.

Atque eadem, cum Philinna cur recedendum sit non intellegat, sed contra dicat *τί δ' ἡμῖν εἰπέ μοι*

⟨τούτου⟩ μέλει;[2]) finem facit disputandi cum respondet *καλόν γ' ἂν εἴη, νὴ Δία* scil. *μεθίστασθαι.* Quae uerba Myrrhinae abrogat Kaibel l. s. p. 157 adn. 8: 'Die Worte *καλόν γ' ἂν εἴη, νὴ Δία* (34) gibt man der Myrrhine, für die sich ein Fluch, und sei er noch so urban, doch wenig schickt. Der Sinn scheint zu sein 'das könnte mir gerade passen' oder 'das wäre noch schöner', etwa wie das lateinische 'hercle quidem etiam hoc restat' (Ter. Ad. 190). Sicher sagt das Philinna.' At nihil demonstrauisse mihi quidem uidetur. Neque enim ullum potest reperiri exemplum e quo *καλόν γ' ἂν εἴη* hanc quam Kaibel eis uerbis uindicat notionem omnino habere adpareat; nec dicere *νὴ Δία* Myrrhinam dedecere constat; neque si constaret,[3]) hoc argumentum sufficeret ad delendum personarum mutationis quam adpellamus signum quod distincte est traditum, sed statuendum esset Myrrhinam temporis discrimine commotam aliquid quod minus eam deceret dicere.

Transeamus ad scaenam illam qua Dauus seruus introducitur,

---

[1]) Quod *γὰρ* in uersu ineunte suppleuimus nihil habet offensionis quia etiam *δὲ* particula, id quod Fridericus Marx me monet, uersus prima sede legitur in fragmento nuperrime a Petro Jouguet edito Bull. Corresp. Hell. 1906 p. 114 III u. 8; de quo fragmento quod Menandri potest esse, cum postquam ad umbilicum hanc dissertationem adduxi in publicum prouenerit, nunc agere mihi iam non licet. Accedit quod etiam *ἐστιν* ineunte uersu ponitur, de quo usu cf. p. 49 sq.

[2]) cf. Diphilus *Συνωρίς* fr. 73, 10 K. CAF II p. 565 *τί δέ σοι μέλει* qui poeta eadem aliquo uersu exeunte eius fabulae dixerat de qua Rudentem Plautus expressit cf. Rud. 178 'quid id refert tua?'

[3]) Apud Plautum enim et Terentium re uera matronae quantum uideo non iurant nisi per Castorem et Pollucem; ueluti matrona dicit 'ecastor' Plaut. Cist. 668 Men. 619 Cas. 182 Amph. 508 alibi, Asin. 864, 'mecastor' Plaut. Aul. 172 Men. 734 Cas. 172 utrumque alibi sescentiens. 'edepol' Plaut. Stich. 111 Ter. Hec. 274. 568 alibi. 'pol' passim. cf. Gell., N.A. XI 6.

de quo uelim conferas quae Dziatzko p. 510 exposuit. Ac iam maxima oboritur difficultas, cum tractaturi sumus ea uerba quae ille, simulac processit in scaenam, uel apud spectatores uel secum loquitur. Quae uerba in carta sic leguntur u. 35 sqq.:

ΑΓΡΟΝΓΕΩΡΓΕΙΝΕΥΣΕ[. . . . .]*ΕΝΑ*
ΟΙΜΑΙΦΕΡΕΙΓΑΡΜΥΡΡ[. . . . .]*ΚΑΛΟΝ*
ΑΝΘΗΤΟΣΑΥΤΑΤΑΛΛΑΔΑ[. . . . .]*Η*
ΑΠΕΔΟΚΕΝΟΡΘΩΣΚΑΙΔΙΚΑΙΩΣΟΥ
ΑΛΛ᾽ΑΥΤΟΤΟΜΕΤΡΟΝ

apud Stobaeum Flor. 57, 5 = Men. fr. 96 K. CAF III p. 29 sic extant scripta

ἀγρὸν εὐσεβέστερον γεωργεῖν οὐδένα
οἶμαι· φέρει γὰρ ὅσα θεοῖς ἄνθη καλά,
κιττόν, δάφνην· κριθὰς δ᾽ ἐάν[1]) *σπείρω, πάνυ*
δίκαιος ὢν[2]) *ἀπέδωχ᾽ ὅσας*[3]) *ἂν καταβάλω.*

Atque haec ab Joanne exscripta cum diligentius cum eis quae carta exhibet contulerimus, quin memoriam praebeant omnino alienam non dubitabimus; quare haud inepte Blass, Lit. Centr.-Bl. 1897 col. 1650: 'wenn die Verse wirklich aus dem *Γεωργός* sind und nicht etwa Stobaeus ähnliche eines anderen Stückes mit denen des *Γεωργός* verwechselt hat.' Nam re uera similia ab incerto poeta in fabula quadam incerta dicta sunt cf. com. inc. fr. 108 et 109 K. CAF III p. 424. At tamen Stobaei et cartae illos duos locos esse posse eorundem uersuum lectiones plane diuersas nemo est qui neget. Quarum lectionum utram magis sequamur cum deliberamus, primum quidem animaduertendum est Joannis, qui non ipsorum poetarum aut aliorum auctorum adierit libros sed ipse quoque florilegia exscripserit[4]), memoriam per se minoris esse pretii.[5]) Accedit quod easdem sententias quas in carta expressas uidemus quattuor uersibus et qui sequitur dimidio, Ioannes[6]) ut concinnas magis et conclusas redderet, quattuor uersibus comprehendit plenis atque totis. Unde illum Menandri uersus non integros sed paullo mutatos florilegio inseruisse apertum est, neque licet dubitare quin cartae memoria ab archetypo propius absit quam Stobaei memoria.[7])

---

[1]) *δ᾽ ἐὰν*: *δ᾽ ἂν* codd.
[2]) *δίκαιος ὢν*: *δικαίως* codd.
[3]) *ὅσας*: *ὅσα* codd.
[4]) cf. Diels, Rh. M. 30, 1875 p. 172 sqq. alii.
[5]) Eandem sententiam Nicole p. 34 sqq. aliis argumentis confirmauit.
[6]) uel auctor ex quo ille hausit.
[7]) Nec multum interest quod uno loco Stobaeus meliorem seruauit lectionem cum u. 35 scripsit *εὐσεβέστερον γεωργεῖν οὐ⟨θ⟩ένα* (*οὐδένα* codd.) pro *γεωργεῖν εὐσε[βέστερον οὐθ]ένα* ubi dactylus falso sit positus pro trochaeo. cf. Bern-

Itaque ex hac memoria quae multo sit deterior quam cartae[1]) ullum peti posse argumentum, quo aut ea quae carta tradita sunt, dum modo aptum praebeant sensum ac salui sint numeri uersuum, corrigenda esse aut uersum quendam intercidisse[2]) euincatur omnino negauerim. Et praebere bonum sensum nec difficilia esse intellectu ea quae in carta scripta uidemus egregie ostendit Kauer l. s. p. 210 sq. Neque enim quidquam egit van Leeuwen cum, ut coniecturam suam, de qua ipse 'audacius sane', inquit, 'refinxi litteras traditas' commendaret, scripsit: 'uerba *ἄνθη τοσαῦτα* quomodo in hanc sententiam quadrare possint non uideo.' Nam optime quadrant haec uerba. Enumerat enim seruus tria plantarum genera, quae ager ut sit religiosissimus ferat, myrrhinam hederam flores, ac cum *ἄνθη τοσαῦτα* 'tot flores' dicit, gestum aliquem agit et fortasse digitum intendit ad magnum illud florum pondus quod alter seruus adportat cf. u. 40. Atque uocem *τοσοῦτος* interdum dici pro 'tot' cum ex aliis tum ex hisce intellegitur locis: Xen. Cyrop. 6, 3, 22 *καὶ δοκοῦμέν σοι ἔφη, ὦ Κῦρε, ἱκανῶς ἕξειν εἰς τοσούτους τεταγμένοι πρὸς οὕτω βαθεῖαν φάλαγγα;* Herod. IV 192 ex. *τοσαῦτα μέν νυν θηρία ἡ τῶν νομάδων Λιβύων γῆ ἔχει.* Nou. Test. Matth. 15, 33 sqq. *καὶ λέγουσιν αὐτῶι οἱ μαθηταί· πόθεν ἡμῖν ἐν ἐρημίαι ἄρτοι τοσοῦτοι ὥστε χορτάσαι ὄχλον τοσοῦτον; καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· πόσους ἄρτους ἔχετε; οἱ δὲ εἶπον· ἑπτά.* Quo modo autem ea quae apud Stobaeum legantur orta sint e genuinis Menandri uerbis, hoc diiudicare difficillimum esse Kaibel adnotat p. 156 adn. 7 ex. Unum tamen fortasse recte suspicabimur. *ὅσα θεοῖς ἄνθη καλὰ* enim, quae uerba apud Ioannem u. 2 sunt tradita, cum grammatici magis quam Menandri redoleant dictionem, ex scholio uel interpretatione uidentur originem ducere; quam interpretationem ad *μυῤῥίνην, κιττόν, ἄνθη τοσαῦτα* quidam adscripserat, ut cur religiosus ager uocaretur explanaret, scilicet propterea quod eas potissimum gigneret plantas quae dis essent gratissimae cf. Achaeus fr. 2, 2 Nauck TGF[2] p. 746 *θαλλούς τε θεῶν γέρας.* Itaque Britanni et Dziatzko si recte offenderunt in *ΚΑΛΟΝ* u. 36, id quod sane demonstrari nequit, non debebant interpretatione uti ad restituenda poetae uerba nec uersum

---

hardi l. s. p. 285 I 'Vox plurium syllabarum post primam uel secundam anapaesti syllabam terminari nequit in tertio aut quinto trimetri pede.' Nam sescentiens uel in optimis codicibus singula uerba transmutantur.

[1]) id quod ne Kaibel quidem adn. 7 p. 155 sq. negat, qui tamen in reliquis tractandis contraria utitur ratione.

[2]) Nec multum ad hanc rem ualet Alciphronis quem Kaibel adtulit locus ep. III 16 p. 73 Herch. *ἔφερες ἂν τοῖς θεοῖς κιττὸν καὶ δάφνας καὶ μυρρίνας καὶ ἄνθη ὅσα σύγκαιρα* e. q. s. quo loco epistolographum hos ipsos Menandri uersus esse imitatum demonstrari nequit.

intercidisse statuere debebant. Multo enim lenior erat mutatio, si pro *ΚΑΛΟΝ*, quod in ipsa carta nescio quo modo correctum fuisse Britanni docerent,[1]) in archetypo *ΚΛΑΔΟΝ* fuisse scriptum statuissent et scripsissent *φέρει γὰρ μυῤῥ[ίνην, κιττοῦ] κ⟨λάδ⟩ον* cf. Aristoph. Aues 238 *ὅσα δ' ὑμῶν κατὰ κήπους ἐπὶ κισσοῦ*
κλάδεσι νόμον ἔχει

Alexis fr. 119, 5 K. CAF II p. 339 *καρπίμοις κισσοῦ κλάδοις* Suidas s. u. *θύσθλα*. De numero singulari cf. Kühner-Gerth l. s. II 1 p. 13, 1 et Scol. 9 Bergk PLG [4] III p. 646 *ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω*, quod scolion Callistrati esse existimat Hesychius s. u. *Ἁρμοδίου μέλος*. Nec non *κριθὰς δ' ἂν σπείρω* quod nunc in Ioannis codicibus turbatis numeris scriptum est ex scholio quodam ad *τἄλλα δ' ἄν τις καταβάλῃ* adscripto ortum esse censeo. Nam hoc uerbum iam ueterum temporibus eguisse interpretatione testis est scholiasta qui ad Aristid. or. XLVI p. 163, 14 = t. II p. 218 Dindorf *οὐχ ἅμα τῶι καταβαλεῖν* adnotat (t. III p. 541, 30 Dindorf) *ἀντὶ τοῦ σπείρειν· καὶ Μένανδρος ʽΤἄλλα δ' ἄν τις καταβάλῃʼ*.

Sed iam ab incertis ad certa transeamus. Ac u. 38 de uoce *ἀπέδ⟨ω⟩κεν* dubitari nequit cf. p. 27 adn. 3, quae uox de agro usurpatur a comico incerto fr. 108. 109 K. CAF III p. 424

ἐγὼ γεωργῶ τὸν ἀγρὸν — —
u. 5 *ὁ δὲ λαμβάνει μέν, ἀποδίδωσι δ' οὐδὲ ἕν* et infra
u. 8 *τούτων δ' ἀπέδωκεν οὐδ' ὅλους τρισκαίδεκα.*

Neque in eodem uersu *πλέον* uere esse suppletum est qui neget, cum praesertim sequantur *ἀλλ' αὐτὸ τὸ μέτρον*, quibus de uerbis uelim conferas quae Rzach ad Hes. Erg. 350 adnotat (p. 193 ed. Lips. 1902). Iam Dauus cum haec pronuntiat, appropinquat eri aedibus, tum Syro alteri seruo imperat haec: *ὁ Σύρος*,[2]) *εἰσένεγ⟨χ⟩' ὁμῶς* | *πάν⟨θ'⟩* e. q. s. Ad quae van Leeuwen p. 310 adnotat ʽferri nequit u. 39 *ὅμως* (attamen) minusque etiam *ὁμῶς* (G. H.) ʽpariterʼ quod a dictione Attica alienumʼ et coniecit *ὁμ⟨οῦ⟩*. Ac de *ὅμως* sine dubio recte iudicauit; sed de *ὁμῶς* cum agitur, ratio adhibenda uidetur plane contraria. Inde enim quod uox *ὁμῶς* = ʽpariterʼ apud ueteres epicos haud inusitata cf. Hom. *Ρ* 422, *δ* 775, *θ* 542

---

[1]) Qui cum taceant de littera *Φ*, quam distincte supra *ΚΑΛΟΝ* scriptam se uidisse Nicole p. 33 adfirmat, neque adnotent nisi ʽ*λ* apparently correctedʼ, hanc correcturam idem litterae cuiusdam esse uestigium arbitrabimur quod *Φ* Julio Nicole esse uidebatur. Sed quid illi *Φ* litterae faciam nescio; nam utraque quam Nicole proposuit displicet interpretatio. Neque enim potest hic uersus, qui nunc est 36, totius fabulae fuisse 500. cf. p. 31; nec de critico quod adpellant signo *Φ* quidquam compertum habemus.

[2]) De nominatiuo cum articulo usurpato pro uocandi casu cf. Kühner-Gerth l. s. II 1 p. 46 sq.

Hes. Theog. 366, hic quoque occcurrit distinctis litteris scripta, concludendum esse mihi quidem uidetur eandem uocem significatione eadem positam ne in Attico quidem sermone inauditam fuisse, praesertim cum Aesch. Prom. 735 sqq.

ἆρ᾽ ὑμῖν δοκεῖ
ὁ τῶν θεῶν τύραννος ἐς τὰ πάνθ᾽ ὁμῶς
βίαιος εἶναι eadem interpretatio admittatur. Coniectura igitur minime opus est. Sed indigent correctura quae u. 40 sequuntur uerba

ΠΑΝΤΑΟΣΑΦΕΡΟΜΕΝΤΑΥΤΑΠΑΝΤ᾽ΕΙΣΤΟΥΣΓΑΜΟΥΣ

quorum numeros saluos non esse unus quisque uidet. Atque omnium correcturarum quot uiri docti proposuerunt correcturas longe est lenissima [1]) quam van Leeuwen excogitauit

πάν⟨θ᾽⟩ ὅσ⟨ι⟩α φέρομεν ταῦτα, πάντ᾽ εἰς τοὺς γάμους.

Quam tamen correcturam, cum similes locos neque ille adtulerit nec nos inuenerimus, in textum quem uocant recipere dubitamus. Quare Ellis cum *πάν⟨θ᾽⟩ ὅσ᾽ ἀ⟨να⟩φέρομεν, ταῦτα πάντ᾽ εἰς τοὺς γάμους* scripsit genuina uidetur refinxisse poetae uerba. Nam librarium e consuetudine illorum hominum, qui sescentiens uerborum compositorum praepositiones omitterent, cum in archetypo *ΠΑΝΤΑΟΣΑΑΝΑΦΕΡΟΜΕΝ* uidisset, *ΑΝΑ* omisisse ueri est simillimum. Quo factum est ut nunc in carta legatur *ΟΣΑΦΕ ΡΟΜΕΝ*. Nec male dictum uidetur *ἀναφέρειν*, quod uerbum soleat usurpari de eis qui ut aliquid adportent missi reuertantur: cf. Polyb. X 16, 4 *πάντες οἱ πρὸς τὴν ἁρπαγὴν ἀπομερισθέντες ἀναφέρουσι τὰς ὠφελείας ἕκαστοι τοῖς ἑαυτῶν στρατοπέδοις*. Denique e plurali numero *⟨ἀν⟩αφέρομεν* Dauum non solum redire adparet; sed hoc quaeritur utrum Syrus qui u. 39 adpellatur cum illo aduenerit an alius quidam seruus uel alii. Dziatzko enim ad h. l. adnotat haec: 'Syrus ist vermutlich erst infolge des Anklopfens aus dem Hause des reichen Bürgers getreten (so schon v. L.); daher in V. 40 die Belehrung *ταῦτα π. ε. τ. γ.*; er geht mit den Begleitern des Daos ins Haus.' At nimis pressit uerba *ταῦτα πάντ᾽ εἰς τοὺς γάμους*. Nam hoc manifestum est Syrum Daui conseruum — siue domi uersatus erat siue cum illo rus profectus — minime ignorare quem ad finem flores adferantur, sed uerba illa omnino magis ad spectatores docendos quam ad seruum instruendum esse dicta. Id igitur quod per se ueri sit simillimum neque

---

[1]) *⟨ἅ⟩παντα ὅσα φέρομεν* e. q. s. scribi nequit, quoniam proceleusmaticus qui uocatur (in altero pede) non admittitur.

egeat artificiosiore interpretatione statuamus: Dauus et Syrus una ex agro redeunt, magno onerati plantarum pondere; quod intro ferri Dauus iubet. Quo negotio expedito ille Myrrhinam tanta salutat humanitate, ut aliquid irrisionis ac simulationis uideatur immiscere; qua de re nec non de Daui indole ac moribus uelim conferas quae Wilamowitz p. 521 sq. disseruit. Neque est qui u. 41 recte sic esse sanatum neget

ὦ χαῖρε πολλά, Μυῤῥίνη. (My.:) *⟨πά⟩νυ καὶ σύ[γε],*

sed de eo qui sequitur uersu, quem a Dauo pronuntiari res ipsa docet, magna est dissensio.[1]) Leguntur enim in carta *O*, deinde duae litterae incertae quae *ΣΓ* Britannis fuisse uidebantur, tum hae litterae

ΕΚΑΘΕΩΡΟΥΝΓΕΝΙΚΗΚΑΙΚΟΣΜΙΑ.

Atque *ΚΑΘΕΩΡΟΥΝ* ex *καθεώρ⟨ω⟩ν* (quod uerbum idem ualet ac 'conspicere' cf. Herod. IX 59 *Ἀθηναίους γὰρ τραπομένους ἐς τὸ πεδίον ὑπὸ τῶν ὄχθων οὐ κατώρα* Eupol. fr. 159, 7 K. CAF I p. 301

ἐκεῖ δ' ἐπειδὰν κατίδω τιν' ἄνδρα
ἠλίθιον, πλουτοῦντα δ', εὐθὺς περὶ τοῦτον εἰμί

Soph. Oed. R. 116 sq.

οὐδ' ἄγγελός τις οὐδὲ συμπράκτωρ ὁδοῦ
κατεῖδ' e. q. s.)

corruptum esse *Ω* littera cum *ΟΥ* confusa plerique agnoverunt editores. Neque enim Blass, qui argumenta satis firma non attulerit, nobis persuasit *Θ* in *Σ* mutandum et *ο⟨ὕν⟩εκα ⟨σ'⟩ ἑώρ⟨ω⟩ν* scribendum esse neque placet quod Kaibel legit *ο⟨ὕν⟩εκ' ⟨ἐ⟩θεώρουν.* Nam litteram post *K* scriptam, quam *E* esse posse Nicole dixerat, *A* esse claris lineis pictam adfirmant Britanni; atque infirmo niti talo hanc coniecturam Kaibel ipse concedit cum p. 157 adn. 9 haec dicit: 'Man sollte statt *οὕνεκ' ἐθεώρουν* aus syntaktischen Gründen eher *οὕνεκα θεωρῶ* erwarten.' Nec quod ut eam coniecturam defendat, pergit 'aber die Beobachtung, daß Myrrhine Sorgen hat, ist dem *βούλομαί σε γνῶναι* nicht gleichzeitig. Der treue Sklave hat das längst gesehen,' quidquam egit, quia Dauus, ut (p. 32) supra diximus, omnino non est Myrrhinae seruus. Iam Britanni u. 42 sq. sic supplent:

⟨ὥ⟩ς γε καθεώρ⟨ω⟩ν, γεν⟨ν⟩ικὴ καὶ κοσμία
γύναι, τί πράττεις; βούλομαί σ' ἀγαθῶν λόγων e. q. s.

---

[1]) Quod van Leeuwen priorem uersus 42 partem Myrrhinae tribuit et *ὁ⟨ψ⟩ὲ καθεώρ⟨ω⟩ν* scribit, curnam illa se excuset, non uideo. Nam qui posterior aduenerit, eius est salutare illam, quae antea adfuerit. Praeterea *ὁ⟨ψ⟩ὲ* in hunc locum minus bene quadrat quia duarum litterarum explendum est spatium.

et uerterunt: 'As I saw, honourable and respected lady, how you stand,[1]) I want — —' At hoc si uerum esset, nec quid imperfectum tempus *καθεώρων* sibi uellet nec quae ratio intercederet inter *καθεώρων* et *βούλομαι* explicaretnr. Quae difficultas non tolleretur, si ⟨ὥ⟩ς ⟨σ⟩ε quod Haeberlin coniecit comprobaremus. Itaque facere non possumus quin Herbertum Richards secuti scribamus

ο⟨ὔ σ⟩ε καθεώρ⟨ω⟩ν, γεν⟨ν⟩ικὴ καὶ κοσμία
γύναι. τί πράττεις; βούλομαί σ' ἀγαθῶν e. q. s.

Excusat igitur seruus, quod illam non salutauit atque sese illam uidisse negat, elegantissime quidem et urbane nec sine simulatione tamen iocoque. Nam quin re uera eam conspexerit simulac processit uix dubitabis. Sed iuuat eum copiosius blandius humanius elegantius adpellare matronam pauperem[2]) et simplicem ut in maiores etiam animi angustias eam adducat. Quare Dziatzkoni non adsentiemur qui ad *τί πράττεις* l. s. adnotet: 'Man könnte *τ. π.* auch der Myrrhine zuteilen, die damit ihr Staunen über die umständliche Anrede ausdrücken würde.' Nam ut omittam Menandrum, si hoc significare uoluisset, *τί ληρεῖς*[3]) uel similia scripturum fuisse, in rerum ac uerborum conexum modo expositum melius quadrat, cum *τί πράττεις* Dauum dicere censemus, ut quo modo Myrrhina ualeat interroget[4]) nec tamen, ueluti nos quoque solemus, maneat dum illa respondeat, sed statim pergat.

Totus igitur locus sic est compositus

ο⟨ὔ σ⟩ε καθεώρ⟨ω⟩ν, γεν⟨ν⟩ικὴ καὶ κοσμία
γύναι. τί πράττεις; βούλομαί σ' ἀγαθῶν λόγων
μᾶλλον δὲ πράξεων ἐσομένων, ἐὰν οἱ θεοὶ
[θ]έλωσι, γνῶ[ν]αι καὶ φθάσαι πρῶτο[ς φράσας].

---

[1]) Quod Dziatzko p. 501 ad *τί πράττεις* adnotat 'geht auf die Annäherung der Myrrhine, die offenbar in ein Gespräch mit Daos kommen wollte', unde hoc apertum sit, non dicit neque nos perspicimus.

[2]) cf. u. 77 et fr. 94 K. CAF III p. 29 ubi Cleaenetus agricola cum Myrrhinae filio (cf. Dziatzko p. 519 sq.) conloquitur:

ὁ δ' ἠδικηκὼς ὅστις ἐσθ' οὗτός ποτε
τὴν ὑμετέραν πενίαν e. q. s. et fr. 93 K. CAF III p. 28.
εὖ καταφρόνητόν ἐστι, Γοργία, πένης,

quo loco Gorgias quem Myrrhinae esse filium Dziatzko p. 521 demonstrauit adpellatur.

[3]) cf. Pherecr. fr. 113 K. CAF I p. 178, Eupol. fr. 158 K. CAF I p. 300.

[4]) cf. Soph. Oed. R. 73 sqq.

καὶ μ' ἦμαρ ἤδη ξυμμετρούμενον χρόνωι
λυπεῖ τί πράσσει· τοῦ γὰρ εἰκότος πέρα
ἄπεστι πλείω τοῦ καθήκοντος χρόνον.

Iam quod singulae sententiae uu. 42 sq. particulis non conectuntur, laudandum magis quam uituperandum in oratione eius qui id maxime agit, ut blanditiis interlocutorem cumulet quam plurimis.

Atque *γνῶναι* cum genetiuis *λόγων*, quae uox de nuntiis adlatis usurpatur Eur. Hipp. 1157 Iph. Taur. 240 Iph. Aul. 1533 alibi, et *πράξεων* posse coniungi nec Friderici Blass opus esse coniectura *γ⟨εῦ⟩[σ]αι* Kaibel p. 157 adn. 9 ex. ostendit. Nec non in eodem u. 45 exeunte *φράσας* uere restitutum esse putamus, quia hanc uocem a comoediae poetarum dictione non alienam esse testis est Athenio fr. 1, 8 K. CAF III p. 369 *πρόσεχε κἀγώ σοι φράσω.* Nec quidquam habet offensionis uerborum abundantia *φθάσαι πρῶτο[ς]*, sed decet Dauum uberior dictio ac copiosior. Etenim etiam ei nuntii qui in Aeschyli Sophoclis in primis uero Euripidis, ex quo Menandrum non nusquam pendere nemo ignorat, inducuntur tragoediis similiter ambagibus et exordiis utuntur amplissimis, priusquam ad ipsam rem enarrandam transeant cf. Soph. Oed. R. 929 sqq. Ant. 1155 sqq. Trach. 229 sq. Eurip. Phoen. 1335 sqq. Or. 852 sqq. Hipp. 1157 sqq. Andr. 1070 sqq. Iph. Aul. 1537 sqq. Bacch. 660 sqq. Suppl. 634 sq. Hel. 597 sqq. Hec. 657 sqq. Atque etiam nouae qui sunt comoediae poetas horum similes locos imitatos esse manifestum est ex Plaut. Merc. 135 sqq.

Sed tandem aliquando Dauus finem facit praefandi atque quae ruri gesta sint, referre incipit u. 46. Quem uersum editores Britannicos, cum scripserint *ὁ Κλ⟨εαί⟩νετος γάρ, οὗ τὸ μειράκιον [ἀγρὸν]*, non sanauisse recte demonstrat Kaibel; nec uero quod ipse l. s. p. 157 sq. adn. 10 conicit:

ὁ Κλ⟨εαί⟩νετος γάρ, οὗ τὸ μειράκιον [λέγω],
[ἐ]ργάζεται πρώην ποτ᾽ ἐν ταῖς ἀμ[πέλοις]

potest comprobari. Nam ut cum his uerbis uersum 48 coniungat, *σκ[ά]πτων διέκοψε* quae sint tradita mutare cogitur in *σκ[ά]πτων δ᾽ ⟨ἐπ⟩έκοψε.* Quam correcturam ut defendat, haud feliciter ad Aelianum delegat ep. rust. II p. 17 Herch. 'Aelian hat anders gelesen *Ἡμέρων ὁ μαλακὸς φελλέα (δικέλλῃ?)*[1]) *ἐπέκοψε τὸ σκέλος πάνυ χρηστῶς καὶ θέρμη ἐπέλαβεν αὐτὸν* (*αὐτοῦ* Hs.) *καὶ βουβὼν ἐπήρθη.* Darnach kann man nur zweifeln, ob Menander *δ᾽ ἔκοψε* oder, wie ich glaube, *δ᾽ ἐπέκοψε* geschrieben hat.' At primum *διέκοψε* suo stat loco neque argumentum protulit uir doctus cum dixit: 'Ferner ist die Verwundung wohl schwer, aber bis zum *διακόψαι* ist's hoffentlich nicht gekommen'. Uox enim *διακόπτειν* in uniuersum usurpatur de grauioribus uulneribus cf. Hippocr. *περὶ ἑλκῶν* Med. Gr. XXIII p. 309 Kühn *τῶν δὲ ἑλκέων ὅπερ μὲν ἂν ὀξέι βέλει διατμηθῇ ἢ διακοπῇ* e. q. s. Plut. Eum. VII 8 *εἶχε μὲν χαλεπῶς ὑπὸ τραυμάτων μηροὺς καὶ βραχίονας διακεκομμένος, ὅμως δ᾽ ἀναβληθεὶς ἐπὶ τὸν*

---

[1]) *φελλεῖ* recte Hercher.

ἵππον ἐδίωκε πρὸς θάτερον κέρας. Deinde ut non dicam superuacuum uideri οὗ τὸ μαιράκιον λέγω atque simplicius dictum, falsa uia ac ratione progreditur Kaibel cum inde quod Aelianus ipse scripsit ἐπέκοψε eandem formam eum in Menandri suo exemplari legisse concludit. Nam epistolographi, uti comicorum uersuum numeros soluebant uerborum ordine mutato, non aliter ipsa poetarum uerba paullo mutabant, ueluti Aelianus φελλεῖ (sc. ἐπέκοψε) dixit pro σκάπτων.[1]) Quae cum ita sint cartae lectionem seruemus et Georgii Kaibel missam faciamus coniecturam statimque ad ceteras pertractandas ueniamus. Ac recte quidem Henricus Weil cum Dauum quippe qui non esset Myrrhinae seruus τὸ μειράκιον nullo attributo quod uocant adposito dicere non posse animaduertisset, suppleuit τὸ σὸν u. 46. Quo supplemento recepto Dziatzko scripsit οὗ τὸ μειράκιον [τὸ σὸν] | ἐργάζεται et adnotat: 'οὗ = ὅπου. Im Munde des Sklaven scheint die Beziehung auf den Eigennamen (= in dessen Hause) zulässig (ähnlich v. L.).'[2]) At talis uerborum structurae nullum extat exemplum ac Dauus qui urbanissimae studeat dictioni et elegantissimae uix potest uti hac uoce ab urbano sermone aliena. Itaque aptissimam huic loco fecisse uidetur medicinam Reinach apud Henricum Weil, cum pro *OY* restituit ὧι; quae correctura est lenissima siue *O* pro *Ω* et *Y* pro *I* scriptum esse statuimus siue *I* mutum omissum et *Ω* cum *OY* confusum esse, id quod u. 42 in uoce καθεώρ⟨ω⟩ν factum esse intelleximus. Atque ἐργάζομαί τινι 'laboro pro aliquo' occurrit Hom. ξ 272 τοὺς δ' ἄναγον ζωοὺς σφίσιν ἐργάζεσθαι ἀνάγκηι Herod. II 124 μετὰ δὲ ἐργάζεσθαι ἑωυτῶι κελεύειν πάντας Αἰγυπτίους. Itaque uu. 46—48 uere sic leguntur

ὁ Κλ⟨εαί⟩νετος γάρ, ⟨ὧι⟩ τὸ μειράκιον [τὸ σὸν]
[ἐ]ργάζεται, πρώην ποτ' ἐν ταῖς ἀμ[πέλοις]
σκ[ά]πτων διέκοψε τὸ σκέλος χρησ[τῶς] πάνυ.[3])

---

[1]) Atque hic locus luculentum est exemplum, quo quam difficile sit ac lubricum ex epistolographis comicorum reliquias refingere demonstretur. Kock enim ad Menandri fr. 98 CAF III p. 30, quod fragmentum nunc legitur in carta u. 51 sq., Aeliani uerba modo laudata adscripsit et perrexit: 'quae tam manifesto ex Menandro arrepta sunt, ut dubitem an etiam priora poetae sint reddenda φελλεῖ 'πέκοψε τὸ σκέλος ἰσχυρῶς πάνυ.' Quae Menandrum aliter dixisse e carta didicimus.

[2]) van Leeuwen οὗ ad ἐν ταῖς ἀμ[πέλοις] referendum esse opinatur, id quod minime est ueri simile.

[3]) van Leeuwen optime adnotat 'Ironice usurpatum est χρηστῶς h. l. ut Ar. Eccl. 638.' Poterat Menandri addere fr. 16 K. CAF III p. 8:

ἐκλελάκτικεν
ὁ χρηστὸς ἡμῖν μοιχός, ἀλλ' ἀντάλλαγος —

cf. Plaut. Amph. 183 'os occillet probe'.

Neque enim quisquam de nomine *Κλεαίνετος* dubitabit cf. Alciphr. Ep. III 72 p. 93 Herch. et Kirchner l. s. I p. 566 sq. No. 8457—8462 neque de uerbo *σκ[ά]πτων* quod non desit comicae dictioni cf. Aristoph. Aues 1432 Plut. 525 com. inc. fr. 108, 3 K. CAF III p. 424 neque de uoce *ἀμ[πέλοις]* u. 47 cum hoc uerbo coniuncta cf. Xen. oec. XX 20 *ὅταν σκαπτόντων, ἵνα ὕλης καθαραὶ αἱ ἄμπελοι γένωνται, οὕτω σκάπτωσιν ὥστε πλείω καὶ καλλίω τὴν ὕλην γίγνεσθαι, πῶς οὕτως οὐκ ἀργὸν ἂν φήσαις εἶναι;* Diod. IV 31, 7 *Συλέα δὲ τοὺς παριόντας ξένους . . . τοὺς ἀμπελῶνας σκάπτειν ἀναγκάζοντα.* Huc autem accedit Geoponicorum libri V. caput 25 p. 148 Beckh, quod caput inscribitur *πότε δεῖ σκάπτειν τὰς τελείας ἀμπέλους καὶ ποία τοῦ σκάφου ὠφέλεια* et incipit ab his uerbis: *Σκάπτειν δὲ χρὴ πρὸ βλαστοῦ προβολῆς, ὁμοῦ γὰρ τῆι πρώτηι γεννήσει τῶν βοτρύων καὶ τῆς βλάστης φυομένης ὁ μετὰ τὴν ἐκβλάστησιν σκάπτων πολὺ ἐκσείει καὶ ἀποβάλλει τοῦ καρποῦ τῆι κινήσει.* Atque inde quod uitium germina eo mense qui de floribus prouenientibus nomen accepit *Ἀνθεστηριών* in Graecia plerumque nascuntur, fodere autem antea oportet, etiam Cleaenetum, ut esset rerum peritus agricola atque industrius, ante hunc mensem fodiendo operam dedisse concludes.

Iam quae sequuntur uu. 39—54 ea perspicua sunt et bene tradita. Nec non quibus personis singula uerba tribuenda sint, manifestum est. Ac de *τάλαιν᾽ ἐγώ* u. 49 recte disputauit Dziatzko p. 511 et *τὸ πέρας δ᾽ ἄκουέ μου* Hegesippi uerbis inlustrantur fr. 1, 10 K. CAF III p. 312 *τὸ πέρας σοι λέγω.* Sed de uerbis *βουβὼν ἐπήρθη*[1]) *τῶι γέροντι* u. 51 paullo uberius est disserendum. Ad quae uerba recte van Leeuwen adnotat: 'Tibiae uulnus neglectum infecit sanguinem, hinc inguinis tumor uehemensque febris'[2]), qua de re uelim conferas Alexandr. Aphrod. *ἰατρικῶν καὶ φυσικῶν προβλημάτων* II 12 = Phys. et med. Gr. min. I p. 57, 23 Ideler *Διὰ τί ἐκ προσπταίσματος βουβὼν γίνεται;* e. q. s. et quae idem l. s. I 107 = I p. 36, 18 Ideler exponit: *Διὰ τί ἐπὶ τῶι προσπταίσματι τοῦ ἐν ποδὶ δακτύλου βουβὼν ἐπανίσταται; ὅτι ἡ φύσις ἀεὶ προνοουμένη τούτου τοῦ σώματος, εἴωθε προστρέχειν τοῖς ὀδυνομένοις μορίοις πρὸς ἐπικουρίαν αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ ὀχήματι κέχρηται τῶι χρηστοτέρωι τῶν χυμῶν, καὶ τρέφοντι καὶ συμφύτωι — φημὶ τῶι αἵματι — ἐπὰν ἀναγκαῖον πληροῦσθαι τὰς ἐν τῶι βουβῶνι μεγίστας φλέβας ἐνούσας· καὶ οὕτως καὶ τοὺς μεταξὺ τῶν ἀγγείων ἀδένας, στρογγυλοειδῶς σῶμα τυγχάνοντας, ἡ οὖν ἄμετρος σφήνωσις φλεγμονὴν καὶ ἔπαρσιν ἐργάζεται·*

---

[1]) quod uerbum cum uoce *βουβών* solet coniungi cf. Villoison, Anecdot. Gr. II p. 24 ex. *καὶ μέσον οὖν τῆς πορείας αὐτῶι βουβῶνος ἐπαρθέντος.*

[2]) de febribus e tumoribus quae oriuntur cf. Hippocr. *ἐπιδημιῶν* II Med. Gr. XXIII p. 449 Kühn *οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ κακὸν πλὴν τῶν ἐφημέρων.*

καὶ καλεῖται τοῦτο βουβών, τοῦ πάθους τὴν προσηγορίαν τῶι τόπωι χαρισαμένου. Congruit cum his extremis Alexandri uerbis Pollux uocem *βουβών* sic interpretatus II 186 p. 140, 15 Bethe *τὰ δ' ἔμπροσθεν παρὰ τοὺς μηροὺς βουβῶνες, οἷς καὶ τὸ πάθος ῾ὁ βουβών᾿ ἐπιγίνεται* et V 202 p. 261, 5 Bethe *βουβὼν περὶ βουβῶνας οἴδημα μετὰ φλεγμονῆς.* At monendum est eam uocem etiam latius patere et omnino 'tumorem' significare ueluti apud Cassium Felicem *ἰατρικαὶ ἀπορίαι καὶ προβλήματα φυσικά* 40 = I p. 158, 16 Ideler *καὶ βουβῶνες* (sc. *συνίστανται*) *ἐν μασχάληι ἑλκῶν περὶ χεῖρα ὄντων* id quod tamen ad Menandri hunc locum non pertinet. In quo loco consulto Dauus *τῶι γέροντι* disertis uerbis addit, ut quantum fuerit periculum indicet; nam senes grauius morbis adfici quam natu minores satis est consentaneum. Iam uero Philinna, quae aegerrime ferat, quod ille eleganti et urbano usus sermone cum res bene gestas se nuntiare simulet, tantam calamitatem tanta cum atrocitate enarret, retineri iam non potest, quin in illum inuehatur:

ἀλλ' ἐκκορηθείης[1]) *σύγ' οἷα τἀγαθὰ*
ἥκεις ἀπαγγέλλων.

Sed statim iubetur tacere *σιώπα γράιδιον*; quae uerba cum signis quibus personarum mutationes indicentur inclusa sint, non Dauo qui ea quae uu. 55 sqq. sequuntur loquatur, sed Myrrhinae sunt tribuenda. Quod autem illam haec dicere posse Kaibel negat 'Die Worte *σιώπα γράιδιον* der Myrrhine zu geben, kann ich mich nicht entschließen; für Daos passen sie vortrefflich', argumenta non protulit neque unde argumenta sint petenda planum est. Nam si in uoce *γράιδιον* offendit uir doctus: Dauum qui humanitatem reuerentiamque simulet, non magis decet hac uoce uti quam Myrrhinam. Nec praetermittendum est in carta scriptum uideri *ΓΡΑΪΔΙΟΝ*, de qua scriptura egit Crönert, Memoria Graeca Herculanensis p. 48 adn. 4. Formam autem *γράιδιον*, quam ne numeri turbentur hoc loco restitui necesse est, in Attico sermone magis usitatam fuisse V. et IV. ante Christum saeculo quam alteram uel ex eo intellegitur, quod apud Aristophanem in trimetris

---

[1]) *ἐκκορηθείης σύγε* Menandrum dixisse antequam haec carta innotuit traditum habebamus fr. 903 K. CAF III p. 236 (Suid. s. u. *ἐκκορηθείης* et schol. Aristoph. Pac. 59 p. 172 b19 Dübner). Quod fragmentum forsitan ex hac fabula exscriptum sit, sed idem ex altera quadam fabula originem ducere ueri est similius. In scholio enim l. s. scriptum uidemus *ὡς που καὶ ὁ Μένανδρός φησι πολλάκις ἐκκορηθείης σύγε.* Ac cum uox *πολλάκις* — quae deest apud Suidam — nec Menandri esse possit, id quod Meineke CGF IV p. 303 agnouit cf. Bernhardi l. s. p. 285 No. I, nec si cum scholiastae uerbis coniungatur post *που* posita aptum praebeat sensum, non habeo quod Theodori Kock coniecturae *Μένανδρός φησι Π⟨α⟩λλακ⟨ῆι⟩* opponam. cf. Nicole l. s. p. 19.

qui adpellantur iambicis semper *γράδιον* legitur (cf. Plut. 674, 688, 1059 al.), *γραΐδιον* semel atque id quidem in anapaestis Plut. 536 cf. Brunck in Thesm. 1194 (I p. 142).

Atque in iis qui sequuntur uersibus *κηδεμ[ό]νος* quod Britanni restituerunt omnes uu. dd. comprobauerunt cf. Men. fr. 663 K. CAF III p. 194:

υἱῶι προθύμως ταξιούμενον ποιῶν
κηδεμόν' ἀληθῶς, οὐκ ἔφεδρον ἕξεις βίον.

et Alexis fr. 148 K. CAF II p. 351:

ὁ πρῶτος εὑρὼν μετὰ λυχνούχου περιπατεῖν
τῆς νυκτὸς ἦν τις κηδεμὼν τῶν δακτύλων.

Sed de uersu 57 sententiarum est discrepantia. Quo uersu ineunte Britanni cum litteras *ΕΖΗΣ* cognouissent, scripserunt *ἔζησ' ἐκεῖνος· ἔστιν οἰμώζειν μ[ακ]ράν.* Quod Kaibel correxit in *ἐ⟨φ' οἷ⟩ς ἐκεῖνός ἐστιν* argumentis non prolatis. Nec quidquam egit van Leeuwen cum p. 311 'quid nisi *ἄπαις*, inquit, aut *ἄγαμος* scribere potuerit comicus non uideo'. Cur enim haec poeta scriberet minime erat, propterea quod caelibem esse Cleaenetum nec liberos genuisse Myrrhina uix ignorabat, spectatores e u. 73 *μόνος τ' ὤν* discebant. Itaque ad ea reuertamur quae, qui ipsi cartam inspexerunt, aut uiderunt aut uidere sibi uisi sunt; haec sunt interpretanda. Atque ut e leuiore quadam quaestione initium capiam *μ[ακ]ράν* Richards l. s. correxit in *μακρά* et aliis quoque locis falso *μακράν* pro *μακρά* scriptum esse contendit neque tamen quinam essent hi loci docuit. Adferendi erant hi: 1) Antiph. fr. 218, 6 K. CAF II p. 107 = Athen. VI 225 f.

τὸν μὲν γελᾶν τὸν δ' ἕτερον οἰμώζειν μακρά.

ubi codex Parisinus C ex epitoma, quae melior erat ipso codice Marciano, descriptus exhibet *μακράν*; quam lectionem Kock et Athenaei editores silentio praetereunt, commemorat Meineke CGF III p. 128 II '*μακρὰν* C. Ita Athenaeus p. 385 c dixit *μακρὰν χαίρειν.*' 2) Aristoph. Aues 1207 *οἰμώξει μακρά* habet Uaticanus V, reliqui codices *μακράν* exhibent. Ac quod Dindorf ad h. l. III p. 638 'quod in hac formula, inquit, nusquam dixit Aristophanes', fugit illum 3) Aristoph. Plut. 111, quo loco *οἰμώξει μακράν* exhibent codices optimi R et V. Atqui *μακράν* 'longe', 'ut longe audiatur' idoneum praebet sensum cf. Kühner-Gerth II 1 p. 313, adn. 12 et difficilior lectio est potior. Ergo his Antiphanis et Aristophanis locis optimorum codicum lectionem secuti scribemus *οἰμώζειν* et *οἰμώξει μακράν.* Nec non in Menandri de quo agitur uersu quod est traditum seruabimus, licet ipse fr. XVIII, 2 (cf. p. 118 huius libelli) *οἰμώξει μακρά* scripsisse uideatur. Deinde omnino non in-

tellego, cur van Leeuwen editores Britannicos opinetur 'ridere relegentes, quae de his uersibus scripserunt': 'It is all over with him. We can do nothing but raise a long lament.' Neque enim ex artis grammaticae ratione neque e sententiarum ordine ac serie possunt duci argumenta quibus illorum sententia refutetur, nisi forte est qui *ἔζησ'* 'uixit' pro 'mortuus est' usurpari neget, quia desint exempla. At Graecam esse hanc locutionem testis est Plautus, qui e Graeci comici [1]) imitatione Pseud. 309 sqq. haec dixit:

'Eho, an iam mortuost? ‡
Utut est, mihi quidem profecto cum istis dictis mortuost.
Ilico uixit amator, ubi lenoni supplicat.'

Uerum igitur esse *ἔζησ'* adparet, cum praesertim feliciter congruat cum totius loci condicione. Elegantissime enim depinguntur seruorum barbarorum duri animi atque inhumani; qui serui gaudent magis eri calamitate quam maerent neque officium adiuuandi aut subleuandi eri tuentur, sed quasi iam mortuum deserunt eum omnes. Quorum atrocitati opponitur adulescentis cura ac diligentia uu. 58 sqq. Ac u. 58 *ο[ἷο]ν̣[εὶ]* recte esse suppletum cognosces ex Antiph. fr. 231, 6 K. CAF II p. 113

τὰ δ' ἀντιτείνονθ' οἱονεὶ δίψαν τινὰ
ἢ ξηρασίαν σχόντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.

Sed de u. 59 exeunte diligentius quaerendum est; nam *πατέρα ⟨θε⟩ρ̣⟨απεύ⟩[ειν]* quod van Leeuwen coniecit propterea non potest stare, quia post *ΠΑΤΕΡΑ* litteras *ΠΟ* distincte in carta scriptas agnouerunt Britanni, deinde *Ρ̣Θ̣Ο̣Σ̣Α* legere sibi uidebantur. Nec uero *ἀπορ̣θ̣⟨ώ⟩σ̣α̣[ς πάλιν]* quod hi suppleuerunt et uerterunt 'lifted him up' omnino placet. Nam hanc significationem quo modo habere possit *ἀπορθοῦν* nullo illustratur exemplo.[2]) Itaque cum praesertim de solis litteris *ΑΠΟ* constet reliquae sint incertae, sitne *ἀπορθώσας* recte scriptum dubitare licet et aliter uersum explere. Atqui u. 60 sq. uerbis *ἀπένιζεν, φαγεῖν προσέφερε* quam diligenter adulescens ero, dum erat ille aegrotus, curauerit, uerbis *ἤλειφεν ἐξέτριβεν* quo modo seni iam conualescenti operam dederit dicitur; unguentis enim (cf. *ἤλειφεν*) uulnera oblini non solebant priusquam ad sanitatem spectarent cf. Hippocr. *περὶ ἑλκῶν* Med. Gr. XIII p. 310 Kühn: *ἔλαιον δὲ καὶ ὅσα μαλθακωδέα ἢ ἐλαιωδέα ἐστὶν φάρμακα οὐ ξυμφέρει τοῖσιν τοιούτοισιν ἕλκεσιν ἢν μὴ πάνυ ἤδη*

---

[1]) Diphili arbitror, quia primarias fere partes agit leno, cf. p. 72, Menandri opinatur Leo, Plaut. Forsch. p. 94, 3.

[2]) uellem *ἀπορ̣θ̣⟨ώ⟩σ̣α̣[ς σκέλος]* scribere si exemplum possem adferre, quo *ἀπορθοῦν* idem ualere ac *καθορθοῦν* 'einrichten' satis apte demonstraretur.

πρὸς ὑγιείην τείνηι. Ergo ueri est simillimum u. 59 exeunte, quo modo recentius uulnus adulescens sanauerit indicatum fuisse, id quod ita fere poterat exprimi ut medicamentorum in uniuersum fieret mentio:

νομίσας ἑαυτοῦ πατέρα πορ⟨ίσας⟩[1] [φάρμακα]

cf. Nic. Al. 350 πορέειν ἀλκτήρια νούσων.

Iam παρεμυθεῖθ' ὃ πάνυ φαύλως ἔχει cum quid sibi uelit, primo quasi obtutu non adpareat[2]) sunt qui corrigant. Tamen id quod est traditum seruandum esse arbitror. Inuenitur enim φαύλως ἔχειν 'male se habere', 'malis uti condicionibus' usurpatum non solum de hominibus uerum etiam de rebus ueluti apud Herodianum ab exc. diu. Marc. I 3 p. 7, 25 Mendelssohn ἐπεὶ δὲ αὐτῶι τὰς πρὸς σωτηρίαν ἐλπίδας φαύλως ἔχειν ὑπώπτευεν. Unde Menandrum dixisse male se habere i. e. difficillimam esse consolationem forsitan aliquis concludat. At longius repetita est haec interpretatio, quam ut uera esse uideatur. Itaque rectius ex Aristophanis proficiscimur dictione; qui haud paucis locis φαύλως pro ῥαιδίως 'facile' dicit, quibus de locis disputauit Kock ad Eq. 213. Interpretamur igitur ὃ πάνυ φαύλως ἔχει 'id quod facillimum est' et ita quidem ut cum dissimulatione haec uerba dici statuamus cf. u. 48 χρησ[τῶς] πάνυ. Uenio ad ἀνέστησ' u. 62, cuius uerbi genere medio quod nuncupant Menander utitur ad significandum eum, qui de lecto surgit fr. 67 K. CAF III p. 23

ὅλην ἐπίνομεν
τὴν νύκτα διὰ σὲ καὶ σφόδρ' ἄκρατόν, μοι δοκῶ.
ἀνίσταμαι γοῦν τέτταρας κεφαλὰς ἔχων

et actiuum genus de eo dicit qui, ut aliquis surgat, efficit fr. 164 K. CAF III p. 48

ἆρ' ἐστὶ πάντων ἀγρυπνία λαλίστατον,
ἐμὲ γοῦν ἀναστήσασα δευρὶ προάγεται
λαλεῖν ἀπ' ἀρχῆς πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον.

Quae cum ita sint hoc quoque loco de quo agitur uerbum ἀνέστησ' similiter usurpari uidetur ea tamen re mutata, ut senex non e somno excitetur, sed aliquamdiu tanquam lecto adfixus nunc ambulare incipiat cf. (Demosth.) LIX 76 p. 1364, 25 ὡς γὰρ ἀνέστη τάχιστα ἐξ ἐκείνης τῆς ἀσθενείας Φράστωρ καὶ ἀνέλαβεν αὐτὸν καὶ

---

[1]) Eodem modo tertius et quartus trimetri pedes compositi sunt Men. fr. 76 b K. CAF III p. 25 ἔστ' ἔργον εὑρεῖν πρόφασιν, ὀλέθρου δ' εὔπορον Men. fr. 572, 1 K. CAF III p. 175 ὅταν τι πράττηις ὅσιον ἀγαθὴν ἐλπίδα Men. fr. 631 K. CAF III p. 188 οὐθεὶς ἐφ' αὑτοῦ τὰ κακὰ συνορᾶι, Πάμφιλε.

[2]) Neque enim crediderim recte Britannos uertisse 'comforted him about the serious character of the case'.

ἔσχεν ἐπιεικῶς τὸ σῶμα, λαμβάνει γυναῖκα. Neque est cur non adsentiamur Georgio Kaibel qui p. 158 adn. 11 de hoc loco haec adnotat: ‘V. 62 zeigt der Aorist *ἀνέστησε* nach all den Imperfecta, daß dies das Resultat seiner Bemühungen ist: ‘er brachte ihn wieder auf die Beine.’’ Nec minus bene pergit: ‘Davor kann, da ein Partizip sich nicht finden läßt, nur etwas wie *χθιζόν* gestanden haben.’ ⟨σ⟩[κά]ζ[ο]ντ’ enim proptera uix aptum esse uidetur, quod, si claudicaret Cleaenetus, haud ita diligenter ei esse curatum iudicaremus cf. quae hac de re exponit Hippocrates *περὶ ἀγμῶν* Med. Gr. XXIII p. 97 sq. Kühn in primis p. 98 *ὥστε λυσιτελέει τὸν μέλλοντα κακῶς ἰητρεύεσθαι ἀμφότερα καταγῆναι τὰ σκέλεα μᾶλλον ἢ τὸ ἕτερον.* Deinde ⟨κ⟩[αὶ] ζ[ῶ]ντ’ et δ[ια]ζ[ῶ]ντ’ quae van Leeuwen et Haeberlin suppleuerunt displicent, quia desunt exempla uel similes loci nec non senem uiuere disertis uerbis adfirmari superuacaneum est. Hoc tamen ad defendendum Caroli Haeberlin supplementum potest adferri: seruari litteram *Δ*. Sed cum ipsi Britanni etiam *A* uel *Λ* legi posse docuerint, in loco tam incerto *X* quoque fuisse posse, ita ut uera sit Georgii Kaibel coniectura *χθιζόν*, non negauerim. De eorum uero opinionibus qui traditam litteram *Z* mutauerunt tacere mihi liceat. Iam u. 63 Myrrhina[1]) tanta filii fide pietate diligentia humanitate commouetur tantopere ut exclamet [κα]λὸν τέκν[ο]ν. Quam ad exclamationem quodam modo referenda sunt ea uerba quibus usus Dauus pergit; quae uerba in carta sic sunt corrupta: *ΝΗΤΟΝΔΓΕΥΔΗΤΑΓ’ΟΥΤΩΣΕΙ.*[2]) Atque Iulii Nicole qui inter *ΕΥ* et *ΔΗΤΑ* totum uersum interisse putaret sententiam improbauerunt omnes. Quae quam non sit ueri similis inde planum fit, quod ipse illum uersum supplere non ausus est. Medicinam autem fecerunt huic loco Britanni cum scripserunt εὖ δῆ⟨θ⟩’ οὑτ⟨ο⟩σί; nec uero quo modo ex hac scriptura ea quae tradita sunt orta essent explanauerunt. Tamen haud ita erat difficile. Saepissime enim librarii scribebant eas litteras quae erant elidendae cf. p. 30, saepius apostrophum quae uocatur posuerunt. Nec non apertum est priorem esse illam scripturam, hanc postea a uiris doctis inuentam. Qui igitur huic Menandri fabulae operam dedit interpungendae et distinguendae grammaticus non nullis locis errauit ita ut praetermitteret locos p. 30 scriptos aliosque eorum similes qui essent. Neque a ueri similitudine abhorret eundem cum *ΔΗΤΑΟΥΤΟΣΙ* scriptum uidisset, falsa usus

---

[1]) Philinnam haec dicere non crediderim, quia modo u. 54 tacere iussa est.

[2]) οὑτ⟨ο⟩σ⟨ί⟩ quin uerum sit nemo dubitabit, nec de itacismo qui dicitur nec de *ο* et *ω* confusis uerba facere oportet. cf. p. 27 adn. 3.

ratione, ut hiatum tolleret, post *ΔΗΤΑ* inseruisse *Γ*' neglecta re metrica, cuius iam diu priusquam haec carta exarata est plane imperitos fuisse uiros uel doctissimos inter omnes constat. Sed ut ad ipsa Menandri uerba redeam, uox *οὑτοσὶ*[1]) uidetur respicere ad *αὐτὸν* u. 62 sc. ad Cleaenetum nec non, cum ea quae u. 64 sq. sequuntur careant subiecto quod uocant, cum his ita esse coniungenda ut sit ipsum subiectum. Ac u. 64 *ΑΒΩΝΓΑΡΑΥΤΟΝ ΕΝΔΟΝ* uix legendum est *λαβὼν γὰρ αὐτὸν ἔνδον* 'postquam eum (adulescentem) intus recepit', et quia — id quod Britanni monent — eadem uoce *αὐτὸν* u. 62 Cleaenetus agricola commemoratus est et quia desunt exempla. Contra Britannorum coniectura [*ἀναλ*]*αβὼν γὰρ αὐτὸν ἔνδον* 'postquam se recreauit' multis confirmatur exemplis, cf. praeter Demosthenis qui fertur locum supra scriptum LIX 76 Chion. Ep. 13, 1 p. 200 Herch. *καὶ μικρὸν ὕστερον ἢ γραφῆναί σοι τὴν περὶ τῆς νόσου παρ' ἡμῶν ἐπιστολὴν ἐπεχείρησεν* (*ἀνειλήφειν δὲ ἐμαυτὸν ἱκανῶς ἤδη*) e. q. s. Deinde[2]) Weil ineunte uersu *ἧκ'* de qua uoce uelim conferas Buttmann, Lexil. I p. 12 sq. suppleuit fortasse recte; sed cum idonea non suppetant exempla, malim in contextum qui adpellatur recipere Britannorum supplementum *ὧδ'*, quae uox pertineat ad adulescentis curam diligentiamque uu. 58—62 descriptam. Quae cum ita sint totum locum sic fuisse compositum censeo:

νὴ τὸν Δί, εὖ' δῆ⟨θ⟩'. οὑτ⟨ο⟩σὶ
[*ὧδ' ἀναλ*]*αβὼν γὰρ αὐτὸν ἔνδον καὶ σχολὴν*
[*ἄγ*]*ων ἀπαλλαγεὶς δικέλλης καὶ κακῶν*
— [*οὕτω*] *τίς ἐστι σκληρὸς ὁ γέρων τῷ⟨ι⟩ βίῳ⟨ι⟩* —
[*τοῦ μειρ*]*ακίου τὰ πράγματ' ⟨ἀ⟩ν⟨α⟩κρίνει* e. q. s.

Dauus igitur cum dicit *νὴ τὸν Δί', εὖ δῆ⟨θ⟩'* Myrrhinae quae filium laudauerit adsentitur: 'Per Iouem, bene re uera' sc. 'fecit adulescens'; tum autem statim rem enarrare pergit. Neque est qui haereat in particula *γὰρ* quarto loco posita cf. Men. fr. 11 K. CAF III p. 6 *θεός ἐστι τοῖς χρηστοῖς ἀεὶ*
ὁ νοῦς γάρ, ὡς ἔοικεν, ὦ σοφώτατοι.

et fr. 65, 5 K. CAF III p. 22 *ἀληθινὸν*
εἰς πέλαγος αὐτὸν ἐμβαλεὶς γὰρ πραγμάτων

---

[1]) Eandem de eis qui absint dici posse iniuria negat Weil. cf. Dionys. fr. 2, 36 K. CAF II p. 424 *τουτονὶ δ' ὃν ἀρτίως*
ἔφης ἔχοντα πεῖραν ἥκειν — — e. q. s. et quae Kock ad h. l. l. s. p. 425 adnotat.

[2]) Quod Kaibel scripsit *εἶ δῆτ' οὑ⟨το⟩σ⟨ί⟩* | [*ἐπόει*], non imperfectum tempus sed aoristum quem uocant exspectaueris, quia de re semel gesta agitur cf. u. 67 *⟨ἀ⟩ν⟨α⟩κρίνει.*

cf. Meineke Men. et Phil. rell. p. 7 Kühner-Gerth II 2 p. 330, 1. Deinde u. 65 *ἄγων* stare suo loco intelleges comparato Menandri fr. 405, 3 K. CAF III p. 118 *σχολὴν ἄγειν* cf. Kaibel adn. ad h. l. p. 150. Atque ad *δικέλλης* adnotandum est hac ligone potissimum agricolas usos esse in arbustis fodiendis cf. Geop. V 25,4 p. 149, 1 Beckh *ὅπως μὴ σκάπτοντες τῆι δικέλληι τὸ στέλεχος τρώσαντες ἢ νύξαντες βλάψωσιν* et ib. 42 p. 160, 10 Beckh *περὶ τῶν ὑπὸ δικέλλης τραυματισθεισῶν ἀμπέλων.*

Tum uersum 66 nobis persuasimus esse parenthesin quam uocant, qua parenthesi uberius *ἀπαλλαγεὶς δικέλλης καὶ κακῶν* explicetur; nec uero cum Dziatzkone qui adnotat 'Der Vers muß m. E. eher den Wandel im Wesen des Alten bedeuten' et coniecit [*οὐ παν*]*τί*⟨*γ'*⟩ *ἐστι* e. q. s. ullo modo possumus consentire, quia nullum quo haec confirmetur opinio potest proferri exemplum. At suppetunt testimonia e quibus *οὕτω τις* uere esse suppletum cognoscas[1]): Men. fr. 287 K. CAF III p. 81 *οὕτω τι πρᾶγμ' ἐστ' ἐπίπονον τὸ προσδοκᾶν.* Posid. fr. 19 K. CAF III p. 341 *οὕτω τι πολύπουν ἐστὶν ἡ λύπη κακόν.* Alexis fr. 210, 3 K. CAF II 374 *οὕτω τι τἀλλότρι' ἐσθίειν ἐστὶν γλυκύ.* Iam de exeunte u. 67 et 68 ineunte quaeritur. Neque *τίνα* u. 67 Myrrhinae dandum esse crediderim, quia signum, quo alteram personam loqui notaretur, non pro certo cognouerunt Britanni nec si illorum sententiam sequeremur eius qui sequitur uersus supplementum reperiretur satis idoneum. Neque enim uoce *αὐτ'* neque *ταῦτ'* posita post *πράγματα* opus est, nec *τάχ' ἂν* iuxta *ἴσως* potest ferri et *τὰ μὲν* ante *οὐχὶ παντάπασιν* suppletum superuacuum uidetur. Restat Georgii Kaibel supplementum de quo ipse dicit: 'die nicht unbedenkliche Ergänzung *τίνα* | [*ἔστ'*] ist ein Notbehelf'; quod tamen supplementum eis quae modo enumerauimus multo uidetur praeferendum. Nam tolletur quae Georgio Kaibel iniecta erat dubitatio cum contulerimus eos locos, quibus simillima ratione uerbum *ἐστι* quamuis non nisi copulae quam uocant habeat uim legitur in primo uersuum pede collocatum

Anaxilas fr. 22, 30 K. CAF II p. 270 *συντέμνοντι δ' οὐδὲ ἕν*
ἔσθ' ἑταίρας ὅσαπερ ἔστι θηρί' ἐξωλέστερον.

Anaxipp. fr. 1, 39 K. CAF III p. 297 *ἀδηφάγον τὸ ζῶιον εἰς ὑπερβολὴν*
ἔστιν.

Men. fr. 223, 12 K. CAF III p. 64 *ἀλεκτρυὼν γενναῖος ἐν ἑτέραι τροφῆι*
ἔστιν, ὁ δ' ἀγεννὴς καὶ δέδιε τὸν κρείττονα.

Men. fr. 402, 7 K. CAF III p. 115 *καὶ τὴν ὄψιν ἣν ἐκτήσατο*
ὄνος ἐν πιθήκοις τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον
ἔστιν.

---

[1]) Simile aliquid in fabula de qua T. Maccius Aulularium expressit dictum erat, cf. Aul. 14 'cum labore magno et misere uiueret'.

Men. fr. 605 K. CAF III p. 183 τὸ δ' εὖ φέρειν
ἔστιν τοιοῦτον, ἂν δύνηι μόνος φέρειν,
καὶ μὴ 'πίδηλον τὴν τύχην πολλοῖς ποῆις.

Men. fr. 674 K. CAF III p. 196 οὐκ ἐμὸν ἀνοίγειν λανθάνουσαν ἀτυχίαν
ἔστ' ἀλλὰ μᾶλλον κατακαλύπτειν φημὶ
δεῖν.

Apollod. Car. fr. 5, 6 K. CAF III p. 281 τί τὸ κακόν ποτ' ἢ τί τἀγαθὸν
ἔστ' ἀγνοοῦσα.

Crobyl. fr. 9 K. CAF III p. 381 τράγημα δὲ
ἔστιν πιθήκου τοῦτο δήπου δυστυχοῦς.

Idem autem uir doctus de eis qui sequuntur uersibus 68—71 haec dicit adn. 12 p. 158: 'Der Alte fragt ihn aus, X erzählt, also stand 69 ein Partizip wie διερχομένου; dazu ist τάδε Subjekt d. h. das, wonach Kl. gefragt hatte. Ein zweites Partizip folgt, und zwar das des Aorists ἐμβαλόντος, das dem ersten nur coordiniert gewesen sein kann, aus dem allgemeinen Bericht ein besonderes hervorhebend περὶ τῆς ἀδελφῆς (vgl. Xen. Cyrop. V 5, 43). Die Copula fehlt, ist also ausgefallen' et scripsit

[διερχο]μένου δὲ τοῦ νεανίσκου τ[ά]δε
[περὶ τ]ῆς ἀδελφῆς ⟨τ'⟩ ἐμβαλόντος e. q. s.

Sed cum coniunctio τε qua διερχομένου cum altero participio conectatur etiam in ea uersus 70 parte quae ad hanc aetatem non peruenit scripta fuisse possit, a coniectura ἀδελφῆς ⟨τ'⟩ abstineamus et Henricum Weil secuti scribamus [τά τε τ]ῆς ἀδελφῆς ἐμβαλόντος. At u. 69 ubi *Τ.ΔΕ* legerunt Britanni, sine dubio Kaibel τ[ά]δε recte suppleuit. Neque enim Dziatzko τ[ί] δὲ scribendum et Myrrhinae hoc tribuendum esse nobis persuasit. Nam diuerbium hoc loco restituere propterea nolim, quod u. 75 ipse seruus longiorem sese habuisse orationem quodam modo concedit. Iam uersum 70 exeuntem *ΕΜΒΑΛΛΟΝΤΟΣΣΟΥΚΑΙ* corruptum esse unus quisque uidet. Ac recte quidem Nicole ut quartum trimetri redintegraret pedem ἐμβαλόντος scripsit. Sed de *ΣΟΥΚΑΙ* dissentiunt uiri docti cf. p. 12 app. crit.; quorum tamen coniecturas uberius tractare minime opus est. Nam quoniam lenior fit mutatio, cum paruum aliquod uerbum intercidisse quam cum unam litteram corruptam esse statuimus: qui uia ac ratione procedit is Britannos, qui inter σοῦ et καὶ inseruerint ⟨τε⟩, sequetur et uersum 70 sic interpretabitur, ut e uerbo ἐμβαλόντος, quod 'inserendi' habeat uim (cf. Plut. Mor. 334 F τούτωι δ' εἴς τινα κωμωιδίαν ἐμβαλόντι στίχον αἰτητικὸν γελάσας ἔδωκε δέκα τάλαντα Cass. Dio LVII 15, 2 t. II p. 572, 15 Boissevain βουληθεὶς καὶ περὶ τούτου τι δόγμα ποιῆσαι ἐκώλυσεν ἐς αὐτὸ τὸ ὄνομα τὸ τοῦ ἐμβλήματος ὡς καὶ Ἑλληνικὸν ἐμβληθῆναι, καίτοι μὴ ἔχων ὅπως ἐπιχωρίως αὐτὸ ὀνομάσηι) pendere censeat

τά — — τῆς ἀδελφῆς — σοῦ ⟨τε⟩ καὶ — —. Quae cum ita sint uu. 70 sqq. recte sic restituti sunt

[τά τε τ]ῆς ἀδελφῆς ἐμβαλόντος σοῦ ⟨τε⟩ καὶ
[τῶν σῶν, πάθη]μ' ἔπαθέν τι κοινὸν καὶ χάριν
[τῆ]ς ἐπιμελείας ᾤ⟨ι⟩ετ' ἐκ παντὸς λόγου
[δεῖ]ν αὐτὸν ἀποδοῦναι. Nam de *ᾤ⟨ι⟩ετ'* u. 72 bene disseruit Kaibel l. s. neque habeo quod u. 71 suppleam nisi *[τῶν σῶν, πάθη]μ'*, quia Henrici Weil coniecturam *[τῶν σῶν κακῶ]⟨ν⟩*, cum *M* non *N* Britanni cognouisse sibi uideantur, malim missam facere. Sed recte Weil quamuis exempla satis apta non inueniantur *πάθη]μ' ἔπαθέν*[1]) *τι κοινὸν* de misericordia dictum esse arbitratur; simili enim ratione Demosthenes XIX 216 p. 402, 8 dicit: *ὡς δ' ἀκοῦσαι τοὺς παρόντας ἐν τῶι συμποσίωι, τοσοῦτον κρότον καὶ θόρυβον καὶ ἔπαινον παρὰ πάντων γενέσθαι, ὥστε τὸν Φίλιππον παθεῖν τι καὶ δοῦναι.*

Ac ne de eis quidem quae sequuntur quisquam dubitabit

μόν⟨ο⟩ς τ' ὢν καὶ γέρων
[ν]οῦ[ν] ἔσχε· τὴν γὰρ παῖδ' ὑπέσχ[ητ]αι γαμεῖν.
[κ]εφάλαιόν ἐστι[2]) *τοῦτο τοῦ παντὸς λόγου.*
[ἥ]ξουσιν ἤδη δεῦρ', ἄπεισιν εἰς ἀγρὸν
[σ' ὁμ]οῦ λαβών. Quodsi van Leeuwen *[ὑμ]⟨ᾶς⟩ λαβών* scripsit, nimis a Britannorum lectione decessit et dictione offendimur. Neque est necesse dici et Myrrhinam et puellam cum Cleaeneto rus transmigraturam esse; sed cum ille hanc in matrimonium ducturus sit, satis est commemorari eum Myrrhinam quoque secum ducturum: *σ' ὁμοῦ λαβών.* Atque illum hoc re uera in animo habere cognoscet quicunque eos qui sequuntur perlegerit uersus *παύσεσθ[ε πενίαι μα]χόμενοι,*
δυσνουθετήτω[ι[3]) *θηρίωι καὶ δυσκόλωι],*
[κ]α⟨ὶ⟩[4]) *ταῦτ' [ἐν] ἄστ⟨ε⟩ι. δ[εῖ γὰρ ἢ πλουτεῖν ἴσως]*
ἢ ζῆν ὅπ[ου] μὴ μ⟨ά⟩[ρτυρ]α⟨ς⟩ τ[οῦ] δυστυχεῖν
π[ο]λλούς τις ἕξει τοὺς ὁρῶντας.

Quos uersus a Friderico Blass et Henrico Weil e fragmentis p. 12 sq. scriptis uere esse suppletos manifestum est neque est qui Georgii Kaibel coniecturas sagacissimas quidem sed incertissimas (cf. p. 12 sq.)

---

[1]) cf. Plat. Apol. Socr. p. 22 C *τοιοῦτό τί μοι ἐφάνησαν πάθος καὶ οἱ ποιηταὶ πεπονθότες* Soph. Oed. Col. 361 *τὰ μὲν παθήμαθ' ἅπαθον.*

[2]) = Men. fr. 922 K. CAF III p. 239 Quint. III 11, 27 'ut dicimus caput rei est et apud Menandrum *κεφάλαιόν ἐστι.*'

[3]) cf. Men. fr. 1042 K. CAF III p. 258.

[4]) *ι* mutum sicuti saepe omittitur ita etiam in uoce *KAI* describenda poterat intercidere.

comprobet. Nec multa sunt adnotanda. Ac paupertatis[1]) Menander haud raro fecit mentionem et plerumque ita quidem, ut ipsi homines pauperes quot et quantis excerceantur iniquitatibus conquerantur:

fr. 4 K. CAF III p. 4 *ἔργον εὑρεῖν συγγενῆ*
πένητός ἐστιν· οὐδὲ εἷς γὰρ ὁμολογεῖ
αὑτῶι προσήκειν τὸν βοηθείας τινὸς
δεόμενον· αἰτεῖσθαι γὰρ ἅμα τι προσδοκᾶι.

fr. 6 K. CAF III p. 5 *πρὸς ἅπαντα δειλὸν ὁ πένης ἐστὶ γὰρ*
καὶ πάντας αὐτοῦ καταφρονεῖν ὑπολαμβάνει.

fr. 404 K. CAF III p. 117 *ὦ τρὶς κακοδαίμων ὅστις ὢν πένης γαμεῖ*
καὶ παιδοποιεῖθ'. e. q. s.

fr. 405 K. CAF III p. 118 *ὅστις πένης ὢν ζῆν ἐν ἄστει βούλεται,*
ἀθυμότερον ἑαυτὸν ἐπιθυμεῖ ποεῖν.
ὅταν γὰρ εἰς τρυφῶντα καὶ σχολὴν ἄγειν
δυνάμενον ἐμβλέψηι, τότ' αὐτὸν ἔστ' ἰδεῖν,
ὡς ἄθλιον ζῆι καὶ ταλαίπωρον βίον.

fr. 597 K. CAF III p. 181. *πένητος οὐθέν ἐστι δυστυχέστερον·*
ἅπαντα μοχθεῖ κἀγρυπνεῖ κἀργάζεται,
ἵν' ἄλλος ἐλθὼν μεταλάβηι.

fr. 810 K. CAF III p. 220 *αἰσχυνόμενος αἴσχιστα πενίαν ἂν φέροις.*

Nec quod tam saepe Menander de ciuium pauperie et egestate uerba facit mirandum est. Illa enim aetate Athenienses cum essent libertate priuati, cum singuli plerique ciues tum res publica uitae condicionibus utebantur multo deterioribus quam antea unquam, cf. Büchsenschütz l. s. p. 609 sqq. Itaque fr. 282 K. CAF III p. 80 *τὸ κουφότατόν σε τῶν κακῶν πάντων δάκνει,*
πενία· τί γὰρ τοῦτ' ἐστίν; ἧς γένοιτ' ἂν εἷς
φίλος βοηθήσας ἰατρὸς ῥαιδίως

Menander non dixit ita ut aliquis adpellaretur, cuius exemplo poeta quam turpe esset ab amicis uictum cottidianum accipere demonstraret, sed communem omnium fere ciuium expressisse uidetur opinionem. Nam impetrauit eius temporibus a se libera quondam tunc serua Atheniensium ciuitas, ut quasi stipem peteret ab Antigono cf. Diod. XX 46, 4 *Ἀντίγονος δὲ παραγενομένων πρὸς αὐτὸν Ἀθήνηθεν πρεσβευτῶν καὶ τό τε περὶ τῶν τιμῶν ἀναδόντων ψήφισμα καὶ περὶ σίτου καὶ ξύλων εἰς ναυπηγίαν διαλεχθέντων ἔδωκεν αὐτοῖς πυροῦ μὲν μεδίμνων πεντεκαίδεκα μυριάδας, ὕλην δὲ τὴν ἱκανὴν ναυσὶν ἑκατόν.*

---

[1]) De qua eum etiam *βαρύτατον θηρίον* dixisse testis est Eunapius fr. 88 Müller FHG IV p. 53. Quae uerba corrupta esse neque Cobet, Mnemos. X 1882 p. 37 neque Nauck, Mélanges Gréco-Romains VI 1894 p. 127 nobis persuaserunt cf. Kock a. h. l. fr. 932 CAF III p. 242.

Sed ne longius labar, redeo ad cartam. Atque ea uerba, quibus finem facit enarrandi seruus, uere sic sunt suppleta:

ἐστὶ δὲ
82. [ἀγρὸ]ς εἰς τὸ τοιοῦτ' εὐκτὸν ἥ τ' ἐρημία.
[εὐ]αγγελίσασθαι πρ[ὸς] σὲ ταῦτ' ἐβουλόμην.
[ἔρρ]ωσ⟨ο⟩. Nam Britannorum coniecturam qui priusquam uu. 77 sqq. restituti sunt, u. 82 [σκότο]ς scripserunt, nunc iam nemo est qui defendat. Nec quid nisi πρ[ὸς] ante σε scriptum fuerit uideo, tametsi desunt exempla. Denique de [ἔρρ]ωσ⟨ο⟩ uelim conferas Antiph. fr. 88 K. CAF II p. 46 ἐρρῶσθαι λέγειν, et quod Nicole p. 41 adn. 1 in numero singulari offendit: seruus ut antea u. 41 solam Myrrhinam salutat, ita nunc quoque cum abit Philinnam neglegit et unam matronam ualere iubet. Quae quod respondeat id esse corruptum patet *ΠΟΛΛΑΚΑΙΣΥΓΕΤΙΠΕΠΟΝΘΑΣ*. Nam proceleusmaticus quem uocant in quarto pede positus ferri omnino non potest. Quem proceleusmaticum ut tollerent Kaibel et Dziatzko *ΓΕ* deleuerunt nec tamen quo modo id in textum qui appellatur inrepsisset explicauerunt. Rectius igitur Nicole uerborum ordine mutato scripsit καὶ σύγε πολλά. Iam quae sequuntur uerba, ea Philinnae esse, quae etiam u. 25 matronam τέκνον nominauerit, apertum est: τί πέπονθας, τέκνο⟨ν⟩,[1])
[τί πε]ριπατεῖς τρίβουσα τὰς χεῖρας; Ac τρίβουσα Nicole, quem Kaibel secutus est, falso correxit in ⟨σ⟩τροβοῦσα. Nam χεῖρας τρίβειν est re uera gestus eius qui de suis rebus desperet nec quid sit faciendum sciat cf. Aristaen. ep. II 5 p. 161 Herch. ὦ τῆς ἀπορίας, δι' ἣν περιπατῶ τρίβουσα τὰς χεῖρας quo loco quin Aristaenetus Menandri hunc uersum imitatus sit non dubito; et Leo, Plautin. Forschungen p. 128 quamuis recte de ceteris rebus iudicauerit errauisse mihi quidem uidetur cum contendit 'Aristaenetos kennt die Komoedie gar nicht e. q. s.' Atque quibus angustiis Myrrhina prematur, ex u. 87 intellegitur

τίνος ἡ παῖς ἐστί; τούτωι κοὒ . . .

ignorat enim quis puellae pater sit. Matrem bene nouit; quam nisi nosset, τίνων diceret, non τίνος. At Dziatzko p. 515 sqq. Myrrhinam accepisse puellam a parentibus expositam suspicatus est. Ac hoc si factum esset, Myrrhina, quae esset puellae mater sine dubio nesciret; nam hanc ipsam Myrrhinae infantem tradidisse ne Dziatzko quidem contendit, quoniam ea de causa infantes solent exponi, ne quis de matre certior fiat. Atque ipse uir doctus quam infirmis argumentis opinio sua niteretur nescio quo modo

---

[1]) *N* omissum esse fortasse linea supra $\overline{NO}$ scripta iudicatur; de altero signo cf. p. 13 app. cr.

sensisse uidetur cum dixit: 'Myrrhina selbst dürfte eigentlich nur nach dem Vater des Mädchens fragen, wenn dieses ihr eignes Kind wäre.' Quae cum ita sint, id statuamus quod, dum modo nulla opinione praesumpta rem consideremus, ex ipsis poetae uerbis maxime uidetur esse probabile: matrem puellae esse Myrrhinam. Neque enim hanc sententiam refutauit Dziatzko, cum p. 515 hoc protulit argumentum: 'Mit einem außerehelichen Kinde würde Myrrhine kaum von einem Athener als Ehefrau ins Haus aufgenommen und jedenfalls die Sache allgemein bekannt geworden sein.' Facillime enim poterat fieri, ut Myrrhina infantem se extra matrimonium peperisse maritum celaret mulierique cuidam infantem traderet, (cf. quae de Menandri Phasmatis argumento memoriae prodit Donatus ad. Ter. Eun. 9 p. 272, 1 Wessner) postea uero, cum maritus mortem obiisset, filiam domum suam reciperet. Atque defunctum esse illum cuius in eis quae ad nos peruenerunt reliquiis nulla fiat mentio inde concludes quod totam Myrrhinae familiam Cleaenetus secum rus ducturus est. Nam Myrrhina, si uiueret maritus, in urbe deberet remanere. Neque quin hic pater fuerit adulescentis, Myrrhinae filii, quem Cleaeneto operam suam locasse supra intelleximus, quisquam dubitabit. Sed ut de puellae patre quaeramus restat. Ac de adulescentis, qui prima scaena inducitur, patre cogitari uix posse Dziatzko p. 514 ostendit. Sed iniuria Cleaenetum puellae patrem esse, id quod censuit van Leeuwen p. 301, negauit. Nam quod ille inopem uitam toleret et opere faciendo uictum quaerat (u. 66), argumento esse nequit. Immo his quoque temporibus quamuis grauioribus fere laboribus agricolae fatigentur, ruri numerum infantium incertis patribus natorum satis magnum esse constat. Nec non Cleaenetus qui rarissime festis diebus in urbem ueniret, quamuis esset modestus atque temperans, tamen semel insolita uini copia atque pulcrae puellae amore poterat superari, cf. quos ipse Dziatzko adn. 5 p. 504 sq. collegit locos. Denique id quod est grauissimum, ipsius Myrrhinae uerba quatenus in carta extant nullam nisi eam quam van Leeuwen[1]) excogitauit habere uidentur interpretationem:

[ἐπε]ὶ[2]) τίνος ἡ παῖς ἐστί; τούτωι κοὐ . . .

---

[1]) Quem nuper secutus est Alfredus Körte, Deutsche Rundschau 30, 6 p. 393 (1904).

[2]) cf. Aesch. Choeph. 214 ἐπεὶ τί νῦν ἕκατι δαιμόνων κυρῶ;
Soph. Trach. 139 sq. ἐπεὶ τίς ὧδε
τέκνοισι Ζῆν' ἄβουλον εἶδε;
Eur. fr. 892 N. TGF² p. 646 ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυοῖν μόνον;
Henrici Weil coniectura [ἄλλο]⟨υ⟩ τινὸς ἡ π. ἐ. cum *I* sit traditum, non *Y*, stare nequit.

Nam siue comprobamus Dziatzkonis supplementum

τούτωι κοὐδενὶ
ἄλλωι προσήκει τὴν κόρην εἰς τὸν γάμον
ἐκδοῦναι

siue improbamus, hoc certum est uerum sensum ab illo esse restitutum. Nec uox *τούτωι* potest spectare nisi ad Cleaenetum, qui solus antea sit commemoratus. Qua sententia probata statim planum fit cur Myrrhina, quid Cleaeneto acciderit, certior facta tanto timore perterreatur, ut u. 49 *τάλαιν' ἐγώ* exclamet, cf. quae hac de re Körte l. s. p. 392 exposuit.

Quae cum ita sint in tota fabula hasce fuisse personas cognosces:

1. *Κλεαίνετος* agricola de quo nomen accepit comoedia
2. *Μυῤῥίνη* matrona uidua
3. *Γοργίας* Myrrhinae filius legitimus, adulescens I
4. puella, Myrrhinae filia extra matrimonium nata Cleaeneto patre
5. adulescens II qui uu. 1 sqq. loquitur et Myrrhinae filiam compressit
6. adulescentis II pater (u. 9 sqq.)
7. adulescentis II nouerca (u. 11)
8. *Φίλιννα* Myrrhinae nutrix
9. *Δᾶος* } patris adulescentis II serui.
10. *Σύρος* }

Ac recte quidem Dziatzko Cleaenetum fr. 93 fr. 94 fr. 95 fr. 97 pronuntiare postquam cum Gorgia, Myrrhinae filio, in urbem uenerit exponit p. 519—521, sed quod idem p. 522 fr. 100 K. CAF III p. 30

ἐμβεβρόντησαι; γελοῖον,[1] *ὃς κόρης ἐλευθέρας*
εἰς ἔρωθ' ἥκων σιωπᾷς καὶ μάτην ποιουμένους
περιορᾷς γάμους σεαυτῶι

adulescentis nouercae quae comiter priuignum castiget tribuit: eandem de qua u. 10 sq. cum superbia ac fastidio uerba adulescens fecerit, tanta cum eo familiaritate coniunctam esse non crediderim. Sed fortasse rectius hoc fragmentum Dauo seruo tribuendum est; quem seruum uix tanta calliditate poeta ornauit, ut persona esset quam uocant aduenticia, sed ut ageret aliquid quod maioris esset momenti, ueluti in omnibus comoediis in primis uero in Menandri fabulis serui eros adulescentes opera ac consilio solent adiuuare. Neque Dziatzko ipse cum dicit 'vielleicht hat der Sklave ihm einen Rat gegeben, um vorläufig der Hochzeit zu entgehen' Dauum has partes ágere posse negat. Ac fortasse adulescens, qui in urbem ut cum amicis consilium haberet se contulerat, infecta re rediit et a seruo consilium petiit. Qui respondit cum alia tum ea quae fr. 100 leguntur.

---

[1]) cf. Ter. Eun. 452 'Ridiculum: non enim cogitaras.'

Reliquum est ut Dziatzkonis uestigia plerumque persecuti de fabulae argumento uberius disseramus. Sed cum quaecunque aliqua cum ueri specie possunt erui ea Alfredus Körte l. s. p. 393 sq. exposuerit, ad hunc satis est delegare et a coniecturis incertis abstineamus.

Argumentum.

. . . . . adulescenti pater sororem alia matre natam in matrimonium conlocaturus est. Quod matrimonium ille effugere studet, quia Myrrhinae pauperis uiduae filiam incerto patre natam compressit eamque sese ducturum promisit. Eandem ducere constituit Cleaenetus agricola, ut Gorgiae Myrrhinae filio qui operam ei locauit gratiam referret, quod sibi aegroto adsedisset. [Atque haec uirgo Cleaeneti filia agnoscitur et adulescenti nubit. Gorgias huius ducit sororem.] Agricola cum Myrrhina rus reuertitur . . . . . .

II.

ΔΑΚΤΥΛΙΟΣ.

τρόφιμον.

Uocabulo *τρόφιμος* Menandrum in fabula *Δακτύλιος* quae inscriberetur usum esse testis est Hesychius s. u. *τρόφιμον*, cuius uerba Iernstedt in libro Russorum lingua conscripto, de quo libro rettulit Nauck, Mélanges Gréco-Romains VI 1894 p. 109, sic emendauit: *τρόφιμον ὃν ἡμεῖς δεσπόσυνον· καὶ ‘τρόφιμον’ ⟨Μέν⟩ανδρος Δακτυλίω⟨ι⟩.* Nec non eadem ratione Menandri nomen corruptum est eis locis, quibus fr. 461 K. CAF III p. 132 legitur, apud Suidam[1]) et Zonaram[2]) sub uoce *αἰτήσασθαι.* Atque tertio quodam loco quo huius fragmenti pars prior laudatur idem nomen non aliter deprauatum est; quem locum adfert Nauck l. s.: Anecd. Graec. Paris. IV p. 103, 21 Cramer *αἰτίσασθαι· τὸ χρήσασθαι, ἀνδρὸς τίτθηι ἣν ἄν τις ὑμῶν παιδίων ἠτίσατο* ubi *αἰτίσασθαι* et *ἠτίσατο* ut scriberentur pro *αἰτήσασθαι* et *ἠιτήσατο* itacismo quem dicunt factum esse nemo non uidet nec de *ι* muto in *ἠτίσατο* omisso disserere oportet. Iam aliis quoque locis Menander uoce *τρόφιμος* usus est ueluti fr. 194 K. CAF III p. 56, fr. 531, 1 et 16 K. CAF III p. 155, fr. 600 K. CAF III p. 181. Nec recte Kock fr. 531 l. s. et Philipp. fr. 27, 2 CAF III p. 309 scripsit *Τρόφιμε*; quod uocabulum cum idem ualeat atque ‘erilis filius’ cf. Donat. ad Ter. Eun. 289 p. 329, 18 Wessner, Phot. s. u. p. 607, 19 Porson = II p. 229 Naber, nomen esse proprium

---

[1]) atque id quidem in omnibus codicibus, qua de re tacet Kock ad h. l.
[2]) qui Suidam exscripsit.

quod uocant non crediderim. Denique quod Iernstedt e Pollucis uerbis II 6 p. 81, 15 Bethe *ἔμβρυον, κύημα, ἀνεμιαῖον [κύημα] τρόφιμον βιώσιμον* hoc de quo agitur fragmentum cum fr. 104 K. CAF III p. 31 *ἀνεμιαῖον ἐγένετο* esse consociandum concludit Menandrumque

ἀνεμιαῖον ἐγένετο
κοὐ τρόφιμον

scripsisse arbitratur, dubito sequi hanc sententiam prorsus incertam quamquam eam ueram esse posse non negauerim.

III.

ἙΑΥΤΟΝ ΤΙΜΩΡΟΥΜΕΝΟΣ.

[τί γάρ,]
πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς, δαιμ⟨ο⟩ν⟨ᾶις⟩ γεγονὼς ἔτη
τοσαῦθ᾽; ὁμοῦ γάρ ἐστιν ἑξήκοντά σοι
[ἢ καὶ πλέον] καὶ τῶν Ἁλῆσι χωρίων
κεκτημένος κάλλιστον εἶ, νὴ τὸν Δία,
ἐν τοῖς τρισί⟨ν⟩ γε καὶ τὸ μακαριώτατον
ἄστικτον.

Huius fragmenti partem posteriorem, quae inde a u. 4 incipit, ex Epaphroditi libro qui inscribitur *περὶ τῶν κατὰ στοιχεῖον συγγεγυμνασμένων* 'ab auctore etymologici genuini transcriptam' enotauit Reitzenstein, Ind. schol. Rost. 1890/1 p. 8 sq., prior pars (uu. 2 sq.) in Menandri fragmentis legitur fr. 140 K. CAF III p. 41 ex Hautontimorumeno excerpta. Nec non utramque partem artissime inter se cohaerere idem agnouit comparitis hisce Terenti uersibus Haut. 61 sqq.:

'Nam pro deum atque hominum fidem quid uis tibi?
Quid quaeris? annos sexaginta natus es,
Aut plus eo, ut conicio; in his regionibus
Meliorem agrum neque preti maioris nemo habet.'

Quibus e uersibus u. 1 *τί γάρ* et u. 4 *ἢ καὶ πλέον* recte Ricardum Reitzenstein suppleuisse cognosces. Nec de uoce *δαιμ⟨ο⟩ν⟨ᾶις⟩* a Ricardo Porson ex *δαιμων δυο* restituta copiosius disserere oportet cf. Kock a. h. l. Eur. Phoen. 888 *ὡς δαιμονῶντας κἀνατρέψοντας πόλιν* Luc. Philops. 16 *ἐγὼ γοῦν ἡδέως ἂν ἐροίμην σε, τί περὶ τούτων φής, ὅσοι τοὺς δαιμονῶντας ἀπαλλάττουσι τῶν δειμάτων*; sed quasnam Halas ante oculos poeta ponat quaeritur. Nam uideas quae Stephanus Byzantius tradit p. 67, 10 Meineke '*Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες καὶ Ἁλαὶ Αἰξωνίδες δῆμοι, ὁ μὲν τῆς Αἰγηίδος, ὁ δ᾽ Αἰξωνεὺς τῆς Κεκροπίας φυλῆς* deinde ib. p. 67, 16 sqq. *ἔστι δὲ ὁ δῆμος τῆς Ἀραφηνίδος μεταξὺ Φηγέως τοῦ πρὸς Μαραθῶνι καὶ Βραυρῶνος, αἱ δ᾽ Αἰξωνίδες ἐγγὺς τοῦ ἄστεος. ἔστι καὶ λίμνη ἐκ θαλάσσης.* Tres igitur sunt Halae,

duo pagi et palus. Nec solum huic paludi uerum etiam toti in qua sita erat regioni nomen *Ἁλαί* fuisse intellegitur ex Xen. Hellen. II 4, 34 *οἱ μὲν ἐξώσθησαν εἰς τὸν ἐν ταῖς Ἁλαῖς πηλόν* ubi neque Araphenides Halas neque Aexonides sed paludem aliquam inter Piraeum et urbem sitam significari ipsa res docet, cf. Iudeich, Topographie von Athen p. 376 adn. 1. At in hac regione fertilem fundum atque opimum fuisse nemo est qui dicat; id agitur utrum de Aexonidibus an de Araphenidibus Halis Menander cogitauerit. Atque illud contendit Wilamowitz l. s. p. 526 sagacius atque elegantius quam uerius; quem secutus est Le Grand, Rev. Et. Gr. XVI 1903 p. 356 eo argumento adlato, quod Aexonis — non ipsis Halis — theatrum fuerit in quo Menandri temporibus comoedias actas esse traditum sit; quod argumentum non multum ualet quia in Attica passim theatra fuerunt ut Collyti Phlyae Thorici alibi, cf. Hermann, Griech. Antiquitäten III 2 p. 106 sq., in primis adn. 4. Quare quin Halis quoque Araphenidibus theatrum fuisse possit non dubitem et id quidem eo minus, quod haud inclarus fuit ille portus Dianae celeberrimo templo ornatus, cf. Callim. Dian. 173, Strabo IX p. 399, X p. 446, Bursian, Geographie von Griechenland I p. 348 sqq. Atque etiamsi theatrum Halis Araphenidibus non fuisset, tamen posse fabulae scaenam ibidem esse negari nequit. Atqui Menandri fabulae *Ἁλαεῖς* quae uocabatur scaenam Halis Araphenidibus fuisse constat ex Herodian. I p. 540, 15 Lentz: *Ἁλαὶ ὡς καὶ ἐν δράματι Μενάνδρου ἀπὸ τοῦ Ἀραφηνίσιν Ἁλαῖς διακεῖσθαι τὰ πράγματα, ὅς ἐστι τόπος Ἀττικῆς.* Steph. Byz. qui Herodiani libris usus est l. s. p. 68, 2 Mein. *ὡς καὶ ἐν τῶι δράματι Μενάνδρου ἀπὸ τοῦ Ἀραφηνίσιν Ἁλαῖς διακεῖσθαι τὰ πράγματα, ὅς ἐστιν τόπος Ἀττικῆς.* Anecdot. Gr. Paris. I p. 397, 25 Cramer *Ἁλαεῖς δρᾶμα Μενάνδρου ἀπὸ τοῦ ἐν Ἁλαῖς* (*ἄλλαις* cod.) *Ἀραφηνίαις* (sic!) *ὑποκεῖσθαι.* Itaque Menandrum in Hautontimorumeno quoque easdem Halas Araphenides indicasse ueri est simillimum. Deinde *ἐν τοῖς τρισί⟨ν⟩ γε* Reitzenstein recte coniecit, cf. *Γεωργός* 52 *ἔσχεν πάνυ*, 60 *ἀπένιζεν φαγεῖν*, *Κόλαξ* 57 *ἀπολώλεκεν μόνον*, 62 *ἀνήιρηκεν μόνον*, 64 *ἔστιν ποτέ* (cf. p. 67). Sed quod ut hoc interpretetur pergit '*τὰ τρία κακὰ* notissima sunt quibus fortasse respondebant *τὰ τρία ἀγαθά*', uerius Wilamowitz, quem Le Grand secutus est, l. s. dicit 'ein Grundstück in Halai, eines der 3 besten, was vermutlich noch eine für immer unkenntliche Beziehung enthält'. Neque enim omnino hoc loco *τὰ τρία ἀγαθὰ* scriptum uidemus neque hanc locutionem, ubi occurrit ueluti apud Critonem poetam comicum fr. 3, 6 K. CAF III p. 354, prouerbio illi *τὰ τρία κακά* respondere ullo modo potest demonstrari. Denique Menandrum uoce *ἄστικτον* usum esse ex fr. 968 K. CAF III p. 247 intellegitur *ἄστικτον χωρίον*, quod fragmentum ex ipsa hac fabula exscriptum esse putem. De uoce

ἄστικτον autem uelim conferas Etym. Magn. s. u. *ἄστικτον* p. 159, 18 *Οὕτως οἱ Ἀττικοὶ ἐκάλουν τὸ ἐλεύθερον χωρίον καὶ μὴ ὑποκείμενον χρήστηι. Εἴρηται δὲ ὅτι τοῖς ὑποκειμένοις χρέεσιν χωρίοις εἰώθασιν ἐγκαταπηγύνειν στήλην ἣν ἐκάλουν ὅρον.*[1]) *ἐν ἧι ἐκεχάρακτο τὸ χρέος καὶ ὁ χρήστης, ἵνα μὴ πλανηθεὶς ἕτερος ὡς ἐπὶ καθαρῶι αὐτῶι δανείσηι, τὸ δὲ ἐλεύθερον ἄστικτον ἐκάλουν* . . . et locos a Theodoro Kock ad fr. 968 CAF III p. 247 et ad fr. 390 CAF III p. 111 adnotatos et Lys. apud Harpocr. s. u. *ἄστικτον χωρίον.*

IV.
ἩΡΩΣ.

νυν⟨ὶ⟩[2]) *δὲ τοῖς ἐξ ἄστε⟨ως⟩*[3]) *κυνηγέταις*
⟨ἥ⟩κουσι[4]) *περιηγήσομαι τὰς ἀχράδας.*

Hoc fragmentum postquam e Lexico Sabbaitico[5]) p. 4 enotauit Theodorus Reinach, Revue des Etudes Grecques V 1892 p. 325 uberius tractauit Kock, Rh. M. 48, 1893 p. 587 sq. Qui recte quidem ab editore quod periit lemma *ἀχράς* suppletum et *ἀχράς. Ἀριστοφάνης – σιτία, Μένανδρος Ἥρωι – ἀχράδας* legendum esse agnouit; sed *ἀχράδας* ex *ὀργάδας*, quae uox quid sibi uelit ne ipse quidem sciat, corruptum esse atque sic factum esse ut Menandri uersus falso lemmati adscriberentur opinatur: '*ἀχράδας* ist formell und materiell unhaltbar, formell wegen der fehlerhaften Positionslänge der ersten Silbe, materiell, da das Wort in dem Zusammenhange keinen Sinn hat.' Ac de prima quidem syllaba uocis *ἀχράς* nihil efficitur ex Aristoph. Eccl. 355 Eupol. fr. 33 K. CAF I p. 265 Telecl. fr. 32 K. CAF I p. 217. Corripitur syllaba Pherecr. fr. 186 K. CAF I p. 200 *ἀχράδας περιόντας* Anaxandr. fr. 41, 55 K. CAF II p. 153 *μήκων ἀχράδες* Alex. fr. 162, 13 K. CAF II p. 356 *ἐρέβινθος ἀχράς* in anapaestis, producitur in uersibus dactylicis apud Nicandrum

Θηρ. 512: *σκίδναται ἐμβαρύθουσα· μέσον δ' ὡς ἀχράδα καρπὸν*
Ἀλεξ. 354: *ἄλλοτε δ' αὐαλέας δὴν ἀχράδας ἢ ἀπὸ βάκχης·*

et apud Leonidam Tarentinum Anthol. Graec. IX 78, 2

ἀχράδα τὴν καρποῖς πάντοτε βριθομένην

et ib. 316, 6

αἴτ' ὠμὰς παραθῇς ἀχράδας, ἐγκέκαφεν.

---

[1]) cf. Solon fr. 36, 4 Bergk PLG II[4] p. 56.
[2]) *νυν⟨ὶ⟩* Weil apud Theodorum Reinach *νῦν* cod.
[3]) *ἄστε⟨ω⟩ς* Kock l. s. *ἄστεος* cod.
[4]) *⟨ἥ⟩κουσι* editor; itacismo qui dicitur factum est, ut in codice *οἰκοῦσι* scriberetur.
[5]) edidit Papadopoulos-Kerameus Petropoli 1892.

Atque in his Leonidae et Nicandri locis syllaba ἀχρ- utrum per se an positione producatur quaeramus. Quam syllabam si per se longa esset ab antiquae et mediae comoediae poetis correptam a recentioribus productam esse statueremus, id quod per se fieri potuisse nemo est qui neget cf. Kühner-Blass l. s. I p. 307, 5. At cum apud utrumque poetam uox ἀχράς ita adhibeatur, ut prima syllaba in thesi quam uocabant ueteres ponatur, positione eam produci multo est ueri similius praesertim cum correptionem Atticam uterque[1]) neglexerit plerumque. Dixerit igitur fortasse quispiam Menandrum, cum seruaret hanc correptionem, primam syllabam uocis ἀχράδας producere non potuisse. At non raro ipsi tragici poetae uocales per se breues, quas muta cum liquida coniuncta sequeretur, produxerunt cf. Kühner-Blass l. s. I p. 306, 4. Itaque quin Menander quoque interdum correptionem Atticam neglexerit, quamquam apud ipsum adhuc exempla non reppererim, non dubito. Ac certe hoc malim statuere quam Theodorum Kock secutus uocem traditam mutare in alteram quam ne quid significet quidem sciam. Neque ille ἀχράδας sensu carere contendisset nisi l. s. p. 588 'umherführen' et 'herumführen' inter se confudisset. Nam uocem περιηγεῖσθαι recte interpretatus est comparato Herodoti loco VII 214 οἱ — περιηγησάμενοι τὸ οὖρος τοῖς Πέρσῃσι, quem locum sic uertit: 'die, welche die Perser um den Berg geführt, ihnen den Weg um den Berg gezeigt hatten'. Neque omnino intellegitur, cur non hoc quoque loco uerbum περιηγεῖσθαι cum ἀχράδας coniunctum eandem habere possit significationem. Quae cum ita sint Menandri uersus sic interpretandi sunt: 'nunc uenatores qui ex urbe aduenerunt ducam circum piros siluestres.' Ac cum ruri scaena fuerit, id quod ipsa res docet, de piris quarum hoc fragmento mentio fit antea dictum fuisse uidetur ita ut spectatores, quanam de re ageretur, non ignorarent, sed statim eum qui loquitur uenatores ducturum esse scirent semita usum quae circum piros illas ferret.

V.

(fr. 237 K. CAF III p. 68).

ΘΗΣΑΥΡΟΣ.

πολλοῖς ὑπέκκαυμ' ἔστ' ἔρωτος μουσική
[πονηρόν].

Ad supplendum Menandri fr. 237 K. CAF III p. 68

πολλοῖς ὑπέκκαυμ' ἔστ' ἔρωτος μουσική,

quod fragmentum traditum est Stob. Flor. 63, 18, Nauck l. s.

---

[1]) de Nicandro cf. G. Hermann, Orphica p. 760.

p. 109 sq. ea iure ac merito adhibuit, quae apud Philodemum scripta uidemus de musica col. XV 11 p. 80 Kemke *καθάπερ οὐδὲ Μένανδρον πο[ν]ηρ[ὸν] ὑπέκκαυμα πολλο[ῖ]ς αὐτὴν λέγοντα τῶι διδόναι τινὰς ἀφορμάς.* Sed quod alterius uersus priorem partem *διδοῦσ' ἀφορμὰς* fuisse opinatur, Philodemi uerba aut non satis accurate excussit aut quid sibi uellent non perspexit. Nam uelim conferas quae antecedunt col. XV 1 p. 80 Kemke *καὶ μὴν οὐδὲ παραμυθεῖσθαι δύναται μουσικὴ τὰς ἐν ἔρωτι δυσπραξίας, λόγου γὰρ μόνου τὸ τοιοῦτον, ἀλλ' ἀνεπιβλήτους ποιεῖ περισπῶσα καθάπερ ἀφροδείσια καὶ μέθη· ποήματα δ' εἰ προαιρεῖται, διδόσθω,*[1] *καὶ Φιλόξενον, εἰ τοῦτ' ᾐνίττετο*[2]) *μὴ τελέως ψεύδεσθαι καθάπερ οὐδὲ Μένανδρον* e. q. s. 'Ac ne consolari quidem potest musica, quotiens aliquid mali accidit in amore — nam hoc solius est sermonis — sed lassos[3]) reddit animos,

---

[1]) *διδόσθωι* cod. cf. Crönert l. s. p. 44.

[2]) *ἠνίττετο* cod.

[3]) uocabulum *ἀνεπίβλητος* hoc loco excepto non legebatur nisi apud Iamblichum Protr. XXI symb. 26 p. 153, 31 editionis Arcerii Theodoreti, quo tamen loco nunc editores optimorum codicum lectionem secuti *ἀμεταβλήτως* scribunt p. 121, 21 Pistelli. Itaque ut quid hoc uocabulum significet discamus facere non possumus, quin unde originem ducat quaeramus. Ac cum primam syllabam *α* quod uocant priuatiuum esse unus quisque uideat, uocabulum *ἀνεπίβλητος* de uoce *ἐπίβλητος* deriuatum esse adparet. Quae uox non occurrit nisi in inscriptione Dittenberger Sylloge n. 587 l. 193, ubi locali quodam sensu qui ad hunc locum non pertinet usurpatur, et Gloss. Steph. CGL III p. 451, 42 Götz 'indictum *ἐπίβλητον*' et ib. 43 'indicta *ἐπιβληθέντα*'. Unde ad Philodemi locum interpretandum nihil repeti posse ualde dolendum est. Nam 'indictum', quod uocabulum quantum uideo ante Symmachum nusquam inuenitur, idem fere ualet ac 'tributum' cf. Sym. Ep. X 41 Mon. Germ. hist. auct. ant. VI 1 p. 302, 26 'dehinc percontor quis annuas functiones aut indicta persoluerit' et uerbum *ἐπιβάλλειν* in Graeco sermone de tributis imponendis usurpatur cf. Her. I 106 *χωρὶς μὲν γὰρ φόρον ἔπρησσον παρ' ἑκάστων τὸ ἑκάστοισι ἐπέβαλλον.* Iam igitur ad eos locos transeamus quibus legitur *ἐπιβλητικῶς.* Quae forma ita potissimum adhibetur, ut cum cognoscendi sentiendi declarandi uerbis coniungatur; neque omnino ante Epicurum occurrit, qui Epist. I p. 12, 7 Usener haec dicit *καὶ ἣν ἂν λάβωμεν φαντασίαν ἐπιβλητικῶς τῆι διανοίαι ἢ τοῖς αἰσθητηρίοις εἴτε μορφῆς εἴτε συμβεβηκότων, μορφή ἐστιν αὕτη τοῦ στερεμνίου, γινομένη κατὰ τὸ ἑξῆς πύκνωμα ἢ ἐγκατάλειμμα τοῦ εἰδώλου. τὸ δὲ ψεῦδος καὶ τὸ διημαρτημένον* e. q. s. Ac quod Stephanus Thes. Gr. L. s. u. *ἐπιβλητικῶς* interpretatur 'ab *ἐπιβάλλειν* dicto de mente in aliquam cogitationem incumbente', inde quod hoc Epicuri loco uerbis *τὸ δὲ ψεῦδος καὶ τὸ διημαρτημένον* opponitur *ἣν ἂν λάβωμεν φαντασίαν ἐπιβλητικῶς*, concludes *ἐπιβλητικῶς* non modo de eo dici qui 'animum in aliquam rem intendit' sed in primis de eo qui 'diligenter atque accurate in aliquam rem animum intendit ita ut omnino eam recte cognoscat'. Nec non eandem uim habet uox *ἐπιβλητικῶς* Ioann. Philop. in Aristot. 'de anima' III 6 Comm. in Ar. Graec. XV p. 547, 8 Hayduck *καὶ ταῦτα μὲν ὁ ἡμέτερος νοῦς ἀποφατικῶς οἶδεν, ὁ δὲ θεῖος νοῦς πάντα καταφατικῶς καὶ ἐπιβλητικῶς οἶδεν χωρὶς τοῦ κακοῦ.* idem in Ar. Phys. IV 12 Comm. in Ar. Gr. XVII p. 754, 15 Vitelli *ὡς γὰρ μὴ ἐφαρμόζων κρίνει οὐκ ἐπιβλητικῶς οὐδὲ καταφατικῶς ἀλλ' ἀρνητικῶς καὶ ἀποφατικῶς.* id. in Ar. Phys. I 9

ueluti amores et ebrietas, cum in diuersum eos auocat. Sed poetarum uersus[1]) si praeferuntur praebeantur: Philoxenum quoque — si quidem hoc indicabat[2]) — non omnino mentiri nec Menandrum cum dicat multis eam malum esse incitamentum quia praebeat non nullas quas Graece uocant *ἀφορμάς* (cf. infra).' Atque hac interpretatione etiamsi non unum quodque uerbum uerbo uidetur expressum, tamen demonstratur Philodemum agere de aliqua re ac facultate qua careat musica. Quare si omnino illius uerba ad hunc Menandri uersum (fr. 237 K.) spectant — id quod uix potest esse dubium — sensus est restituendus plane contrarius ac quem exhibet uersus qualis exstat apud Stobaeum l. s. Unde necesse est statuamus illum sensu rerumque contextu prorsus neglecto unum uersum socordius exscripsisse, id quod propterea magnam habet ueri speciem, quod omnino Ioannes uel is cuius excerpsit librum auctor id maxime studebat, ut integros uersus florilegio insereret cf. p. 34 et Wilamowitz, Analecta Eurip. p. 165. Qua tamen in re minime potest negari ipsum Menandrum duobus locis diuersa dicere potuisse, altero incitamentum esse musicam, malum incitamentum esse altero, ita fortasse ut certarent homines duo de musica. Sed quocunque modo res se habet, non debuit praetermittere Nauck l. s. *πο[ν]ηρ[όν]* quamuis dubia esset lectio: cf. Philodem. de mus. p. 16, 26 sqq. Kemke *[πονη]ρῶ[ς] πολλοῖ⟨ς⟩ ὑπ[έκκαυμα γί]νεσθαι.* Neque audeo conicere nisi proximi uersus, uel eius qui antecedebat uel eius qui sequebatur, primum uerbum *πονηρόν* fuisse. Ea enim quae sequuntur apud Philodemum *τῶι διδόναι τινὰς ἀφορμάς* huius magis quam Menandri redolent dictionem, atque audacius Nauck eum *διδοῦσ' ἀφορμάς* scripsisse contendit. De uocis *ἀφορμή* autem apud Epictetum et Stoicos qui uocantur philosophos usu egit Bonhöffer, Epictet und die Stoa I p. 202 in primis adn. 1. A quo usu Philodemus qui Epicuri philosophiae esset addictus, non multum decessit: cf. rhet. col. LXIII 1 sqq. t. I p. 355 Sudhaus *ἀφορμήν τιν' [οὔ]τω δίδωσ[ι]ν ἐν[ίο]ις πρὸς ἀπάτην τῶν ἀκο[υό]ντων. 'Αλλὰ νὴ Δία τοῦ[τ]ο τοῖς ὅπλοις ἐρεῖ τις οὐ συμβέβηκεν [τ]ὸ δ[ιδ]όναι πρὸς ἀπάτην ἀφορμάς.* ib. p. 355 sq. col. LXIV 5 sqq. *[μύ]ρι' ἄλλα*

---

l. s. XVI p. 192, 4 Vitelli *εἰ γὰρ μὴ ἔστιν ἑλεῖν ἐπιβλητικῶς τὴν τῆς ὕλης οὐσίαν* et in Phys. III 6 l. s. p. 480, 1 *διὸ καὶ ὁ Πλάτων 'νόθωι λογισμῶι' ληπτὴν αὐτὴν εἶπε διότι ἐπιβλητικῶς μὲν αὐτὴν γνῶναι ἀδύνατον.* Itaque *ἀνεπίβλητος*, quae uox contrariam fere notionem habeat atque *ἐπίβλητος* et *ἐπιβλητικῶς*, dici adparet de eo qui 'animum aut omnino non intendat in aliquam rem aut non accurate intendat, qui lasso sit ingenio atque socordi'.

[1]) haec uocis *ποήματα* significatio plus semel inuenitur ueluti Dion. Hal. comp. uerb. 3 = II 1 p. 10, 6 Usener-Radermacher *ποῦ δ' ἐστιν ἡ τῆς ἑρμηνείας ἀρετή, τὰ ποιήματα δηλώσει* e. q. s. cf. id. archaeol. I 41 ex. = I p. 51, 9 Kiessling.

[2]) cf. fr. 7 Bergk PLG III[4] p. 611.

προφέρειν [*εἶ*]*χεν ἄ*[*ν*] *τις ἀφορμὴν μ*[*έν*] *τισιν εἰς ἀδικίαν ἀ*[*ν*]*θρώπων διδόντα* ib. t. II p. 270 sq. Sudhaus col. XIV[a] 28 sqq. *ἧι λέγεται πολλάκις αἴτιον τὸ διδὸν ἀφορμάς.* de musica p. 70 Kemke col. VII 15 sqq. *ὥστε κα*[*ὶ*] *λείαν ἐπισφαλὲς πείθομα*[*ι*] *καὶ ὕποπτον τὸ δ*[*ί*]*δαγ*[*μ*]*α* [*μ*]*ή ποτε πολλὴν ἀφορμὴν διδῶ πρὸς ἀκολασία*[*ν*][1]) *καὶ* [*ἀτ*]*αξίαν* [*β*]*ακχεύουσα*[*ν*]. p. 78 Kemke col. XIII 28 sqq. [*κ*]*αὶ* [*μ*]*ὴ* [*β*]*λέπειν ὅ*[*σον ἔδω*]*κεν ἀφορμῆς εἰς* [*ἀταξία*]*ν καὶ ἀκολασίαν.*

VI.

ΚΟΛΑΞ.

Colacis, cuius fabulae quae adhuc innotuerunt reliquiae extant apud Theodorum Kock CAF III p. 82 sqq., nuperrime fragmentum ediderunt Grenfell et Hunt. Oxyrhynchus Papyri No. 409 t. III p. 17 sqq. In quo fragmento cum omnia fere sint incerta ac lubrica nec non pleraque adeo deleta ut permultis locis de poetae uerbis restituendis omnino desperemus, non nullis ne de sensu quidem quidquam certi possit statui, disputationem ita instituere iuuat, ut ipsi supplementa proferamus perraro, plerumque satis habeamus ea recipere quae editores aut Leo, Nachrichten d. Gött. Gesellsch. d. Wissensch., phil.-hist. Kl. 1903 p. 673 sqq. proposuerunt, quoniam ne hi quidem genuina Menandri uerba inuenisse sibi uidentur sed nihil agunt, nisi ut eum sensum, quem singulis uersibus inesse putent, spatio apte expleto omnino Graece exprimi posse demonstrent. Sed iam ad ipsum fragmentum uenio:

Col. I.

(*Φειδίας* *Δωρίς*
Adulescens Ancilla)

(*Φει·*) — — — —
ων τῶν πατέ[*ρων μεμ*]*νημένος*
σ᾽ ὑὸν ὡς πᾶσιν δο[*κ*]*ε*[*ῖ*].
[*ἐπεὶ γὰρ ἐξέπλευσεν*] *ἐπὶ πράξεις τινά*[*ς*], ·)

u. 2: suppleuerunt Britanni. u. 3: *ΣΥΟΝ* carta, distinxit Leo. u. 4: hoc signo ·) eos locos notauimus, ubi recte interpunxit librarius; suppleuit Blass apud Britannos p. 24 [— — *ἐξῆλθεν*] Leo.

---

[1]) cf. ib. p. 35 Kemke 32, 9 *καὶ γὰρ αὐτᾶι δοκεῖ τὸ* [*εἰς*] *ἀκολασίαν ἔνια παρορ*[*μᾶν*]. Atque inde quod hoc loco *ἔνια* pro *ἐνίοτε* dicitur cognosces Men. fr. 421, 2 K. CAF III p. 122 recte Theodorum Kock *καὶ συμμανῆναι δ᾽ ἔνια δεῖ* quae sint tradita seruare neque opus esse coniectura *ἐνί⟨οθ᾽ ἡ⟩δ⟨ύ⟩*, quam protulit Nauck, Mél. Gr.-R. II p. 336, VI p. 114.

[ὁ πατὴρ κατέλιπεν ο]ἰκίαν ἐμοὶ κενὴν
[καὶ Κίλικα καὶ τὸ] παιδάριον [το]ῦτο στροφὴν
[οὐκ εἶδός, οὐσία]ν διοικηταῖς τισιν.·)
(Δω·) [Γλυκέραν προδώσεις, ὦ κακό]δαιμον τυχὸν ἴσως,
[τῶι πορνοκόπωι ζ]ῶν ἀθλίως οὔ[τ]ω σφόδρα;·)
(Φει·) [οὐδέποτε. νῦν δὲ τοῦ]τό μοι π[ο]ητέον·
[τηιδί, τετρὰς γάρ, σ]ύνοδος ἡμῶν γ⟨ί⟩[γ]νεται
ἑστιάτωρ δεσ[π]ότης
δεχεσθαι ει [. . .] μοι

(Φειδίας — Δωρίς — —
Adulescens — Ancilla — Seruus)

(Seruus:?) . α δει το . . εντ
πλούτωι λα]μπρὸν ἢ δόξηι μέγαν·)
]ν,·) εἰ δὲ μή, τρίτον
[λοιπὸν ἀπορεῖν. ╪ λαβὲ τ]αινίαν,·) ἀγρίαν ἄγε
ἄρα ╪ (Seru.:) νῦν δ' ἐγὼ Δωρίς ⟨τέ σοι⟩
[θαρρεῖν ἐροῦμε]ν, Φειδία. ╪ (Φει·) θαρρεῖν ἐμοί;

u. 5: suppleuit Blass [— — κατέλιπεν] Leo. u. 6: suppleuit Leo [καὶ — — ἐν] Blass ·ΠΑΙΔΑΡΙΟΝ· [.]ΥΤΟΣΤΡΟΦΗΝ· carta [το]ῦτο στροφὴν: cf. p. 77. [α]ὐτὸς τροφὴν Britanni. u. 7: [οὐκ εἶδός, οὐσία]ν: cf. p. 76 sq. [παρέχειν ἐπέτρεψ' ἡμῖ]ν Leo [ἐπορισάμην· τὴν μὲ]ν Blass. u. 8: ΪΣΩΣ carta. [Γλυκέραν προδώσεις —]: [ἐπέτρεψε —] Blass [╪ ἀκριβολόγοις ἄρ' ὦ κακό]δαιμον uel [γέρουσι. ╪ ταῦτ' ἄρ' ὦ κακό]δαιμον Leo. u. 9: [τῶι πορνοκόπωι ζ]ῶν: [ὃς διατελεῖς ζ]ῶν uel [ἀπορεῖς διατελ]ῶν Leo —ΣΦΟΔΡΑ· carta. u. 10: [οὐδέποτε. νῦν δὲ τοῦ]το: [σύμφημι· νῦν οὖν τοῦ]το uel [ἐρῶν γε. ╪ νῦν οὖν τοῦ]το Leo [— — τοῦ]το Britanni. u. 11: suppleuit Leo γ⟨ί⟩[γ]νεται Britanni ΓΕ[.]ΝΕΤΑΙ carta.

u. 12/3: [τὸν βουλόμενον γὰρ] ἑστιάτωρ δεσ⟨π⟩ότης
[ἕτοιμος αὐτοί τ' ἀπο]δέχεσθ' αἰεὶ [δό]μοι

Leo. post u. 13 unius uersus spatio intermisso nouam scaenam incipere indicatur. u. 13: δέχεσθαι εἶ[πέ] μοι Britanni. u. 15: suppleuerunt Britanni. u. 16: ΤΡΙΟΝ carta. u. 17: [λοιπὸν ἀπορεῖν . . .] Leo; praeterea cf. p. 78 sq. u. 19: sic Leo ΘΑΡΡΕΙΝ·ΕΜΟΙ carta.

τῆ]ς ἐμ[ῆ]ς ταύτης μέλει
εἴπηι φλήναφον ·)
(Δω·?) δέσποι]ν' Ἀθηνᾶ, σῶ⟨ι⟩ζέ με.
(Φει·?) διατηρῶν ἀ]κρ⟨ι⟩βῶς τὰ πάτρια
το]ὺς αὐτο[ύ]ς ·) πόλεις ·)
ουσι # (Δω·) τί λέγεις, ἄθλιε; #
(Φει·) [συλλαμβάνειν γε τοῖς] πονηροῖς τοὺς θεούς·
[ἀγαθοὶ γὰρ ὄντες οὐθὲ]ν ἀγαθὸν πράττομεν.
[⏑ — διμοιρίτης] φέρων αὐτός ποτε
[θώρακα, σάγμα, σαύνι]ον, ·) πήραν, ·) κράνος,
[σκόλοπας, σκαπάνην, γύλι]ον, ·) διβολίαν, ·) κώ⟨ι⟩διον.
[νῦν πάντα ταῦθ' ὁ τρὶς ἀτ]υχὴς ὄνος φέρει. ·)
[ὁ δέ ποτε — ⏓ γέγονεν ἐξ]αίφνης Βίας.
[θεοὶ γὰρ αὐτῶι τοῦτ' ἔ]νεμον. # (Seru.:) τὸν ἐνθαδί.

Col. II.

μ[ὲ]ν οὖν τὰ πέρυσι[. .]αει ·)
ην διατριβὴν παρι[. . .]σας
απ . [. . . . . . .]ον ·) σκωπ[τ]ομένου[. . .] . σπ . [
εὐπ[. . . . . . .]τι οντα πα[ῖ]δες ·) ἔχομε[

u. 20: τῆ]ς ἐμ[ῆ]ς Leo. u. 20 sq.: fortasse sic [τί δὲ τῆς ἀπορίας τῆ]ς ἐμ[ῆ]ς ταύτης μέλει | [ὑμῖν; u. 22: suppleuerunt Britanni σῶ⟨ι⟩ζε Leo *ΣΩΖΕ* carta. u. 23: suppleuit Leo *ΚΡΕΙΒΩΣ* carta [οἶδ' ἀ]κρειβῶς Britanni. u. 24: *ΠΟΙΛΕΙΣ* deleta priore littera *Ι* carta. u. 26 sq.: suppleuit Leo. u. 28: διμοιρίτης suppleuerunt Britanni conlato scholio in margine adscripto ʽδιμοιρεί^τ ὁ διπλοῦν λαμβάνων τῶν στρατιω^τ μισθόν'. [ἀλλ' ὅδε δ.] Leo. u. 29—31: suppleuit Leo. u. 32: ἐξ]αίφνης Britanni [ὁ δέ ποτε μηδεὶς γέγονεν ἐξ]αίφνης Leo, qui tamen ante γέγονεν barbari nomen interisse censet. u. 34—35: sic Britanni.

u. 34: [οἶσθα κακοδαι]μ[ο]νοῦντα πέρυσι ⟨Στρουθίαν⟩ et u. 35: [νῦν ἔλαχ' ἐκεῖ τ]ὴν διατριβὴν παρε[ρπύ]σας Leo.

οπο[. . . .] . . [.]ης ὄ[πι]σθεν οἴχομαι ╫[1])
(Φει·) τικ [. . . . .] κατέπτηκεν πόθε[ν
πολ [. . . . .] ν ἢ σατράπην ἢ σ[
. . [. . ὅτι δ' ἄδικό]⟨ς⟩ ἐστι, δῆλός ἐστι ╫ (Seru.:) πῶς; ╫
(Φει·) οὐθ[εὶς ἐπλούτησ]εν ταχέως δίκαιος ὤν.·)
ὁ μὲ[ν γὰρ αὑτῶι συλλ]έγει καὶ φείδεται,·)
ὁ δὲ τ[ὸν πάλαι τηροῦ]ντ' ἐνε[δ]ρεύσας πάντ[' ἔχει.]
(Seru.:) ὡς ἀδύ[νατον τοῦτ'] ╫ (Φει·) ὀμνύω τὸν ἥλιον,[1])
εἰ μὴ φέ[ρων ὁ παῖ]ς ὄπισθ' ἐβάδιζ[έ] μου
τὰ Θάσ[ι]α [καί τις] ἦν ὑπόνοια κραιπάλης,·)
ἐβόω[ν ἂν εὐθὺς π]αρακολουθῶν ἐν ἀγορᾶι··)
'ἄνθρωπ[ε, π]έ[ρυσι]ν πτωχὸς ἦσθα καὶ νεκρός,·)
νυν[ὶ] δὲ πλου[τεῖς·] λέγε, τίν' εἰργάζου τέχνην;·)
τοῦτό ⟨γ'⟩ ἀπόκρ[ιν]αι, πόθεν ἔχεις ταῦτ';·) οὐκ ἄπει
ἐκ τῆς [στοᾶς ἑτέρ]ωσε;·) τί διδάσ[κ]εις κακά;·)
τί λυσιτελεῖ⟨ν⟩ ἡμῖν ἀποφαίνεις τἀδικεῖν;'
(Seru.:) εἷς ἐστ[ι]ν [ὁ κόλαξ]

u. 38—40: distinxerunt Britanni. u. 41: suppleuit Leo; ante *ΕΣΤΙ ΔΗΛΟΣΕΣΤΙ* Britanni *N* cognoscere sibi uidebantur. u. 42—44: adhuc in Colacis fragmentorum numero legebantur fr. 294 K. CAF III p. 84. u. 44: *ΝΤ'ΕΝΕ*[.]*ΡΕΥΣΑΣ·ΠΑΝΤ* carta. u. 45: ὡς ἀδύ[νατον τοῦτ'] cf. p. 69 sq. *ΩΣΑΔΙ* legerunt Britanni et scripserunt ὡς ἄδι[κον εἶπες]. u. 46—48 suppleuerunt Britanni. u. 49—50: ἄνθρωπε — πλουτεῖς adhuc legebantur in Menandri incertarum fabularum fragmentis fr. 731 K. CAF III p. 207. u. 49—51: suppleuerunt Britanni. u. 51: ταῦτ';·) οὐκ: *ΤΑΥΤΑ·ΟΥΚ* carta. τοῦτό ⟨γ'⟩ ἀπόκρ. Britanni *ΤΟΥΤΟΙ*[.]*ΑΠΟΚΡ* carta. u. 52: ἐκ τῆς [στοᾶς ἑτέρ]ωσε: [. . . . ἑτέ]ρωσε Britanni ἐκ τῆς [πόλεως μισ]ῶ σε Leo. u. 53: *ΛΥΣΙ ΤΕΛΕΙΗΜΙΝ* carta, correxerunt Britanni; signum inter hunc et eum qui sequitur uersum scriptum forsitan διπλῆ fuerit cf. Suet. p. 139, 13 Reiff. u. 54: suppleuit Leo l. s. p. 679 adn. 2.

[1]) Personarum mutatio et duobus punctis et paragrapho indicatur cf. Peric. 22 p. 82.

δι' οὗ τὰ πάν[τ'] ἀ[π]όλωλε, τρόφιμε, πράγματα
ἄρδην· [λ]έγω σ[οι πάλι]ν· ὅσας ἀναστάτους
πόλεις ἑ[όρ]ακα[ς, τ]οῦτ' ἀπολώλεκεν μόνον
ταύτας, ·) ὃ νῦν [διὰ τ]ο[ῦτ]ον ἐξεύρηκ' ἐγώ. ·)
ὅσοι τύραννοι πώπο⟨θ⟩', ὅστις ἡγεμὼν
μέγας, ·) σατράπ[ης], φρούραρχ[ο]ς, οἰκιστὴς τόπ[ο]υ, ·)
στρατηγός, ·) οὐ [γὰρ] ἀλλὰ τοὺς τελέως λέγω
ἀπολωλότας [νῦν, τ]οῦτ' ἀνή⟨ι⟩ρηκ⟨ε⟩ν μόνον,
οἱ κόλακες· ·) οὗτ[οι δ'] εἰσὶν αὐτοῖς ἄθλιοι·
(Φει·) σοβαρὸς μὲν ὁ λόγος· ·) ὅ τι δὲ τοῦτ' ἔστιν ποτέ,
οὐκ οἶδ' ἔγωγε. ⋕ (Seru.:) π[ᾶ]ς τις ἂν κρίνας κακῶς
εὔνουν ὑπολάβο[ι] τὸν ἐπιβουλεύοντά σοι.
(Φει·) κἂν μὴ δύνητα[ι]; ⋕ Seru.:) πᾶς δύναται κακῶς ποεῖν.

Col. III cuius decem fere desunt uersus.
(Leno Lenonis hospes?)

. . .

(Hosp.:) σαυτον
ὅτ[ι π]ρὸς βίαν με[θῆκας
τ . . . πειστ[.] χωρήσεις [τ' ἐναντίον λόγοις]

u. 55 et 57 suppleuerunt Britanni. u. 56 et 58 suppleuit Leo. u. 58: [κατ'] ο[ἶκ]ον Britanni p. 25. u. 59—62: suppleuerunt Britanni. u. 59: *ΠΩΠΟΤ' ΟΣΤΙΣ* carta. 62: *ΟΥΤΑΝΗΡΗΚΑΝ* carta. correxerunt Britanni. u. 63: οὗτ[οι δ'] εἰσὶν αὐτοῖς ἄθλιοι Blass, Archiv für Papyrusforschung III 1904 p. 278 ο⟨ἶ⟩ π[άρ]εισιν αὐτοῖς ἄθλιοι Britanni οὗτ[οι δ'] εἰσὶν αὐτοῖς α⟨ἴτ⟩ιοι Leo; in carta leguntur *ΟΥ* tum littera quae *Π* uidebatur Britannis, *Τ* Leoni, Friderico Blass, tum . . *ΕΙΣΙΝΑΥΤΟΙΣΑΘΛΙΟΙ*; ante *ΕΙΣΙΝ* Britanni litterae cuiusdam reliquias uiderunt quam uel *Α* uel *Λ* uel *Μ* fuisse ipsi adnotant, quam *Δ* fuisse posse Blass adfirmat. u. 64: *ΤΟΥΤΕΣΤΙΝ* carta. u. 65: *ΟΥΚΟΙΔΕΓΩΓΕ* carta. Personarum mutatio ueluti u. 38 et 45 indicatur et paragrapho quam dicunt posita et duobus punctis. u. 80: suppleuit Leo; in exeunte uersu et ineunte 81 scripsit [εἰ δὲ

μ[ε]ταπέμψεθ' [ἑ]τέρους [συ]στρατ[ιώτας δώδεκα]
οὓ[ς π]αραφυλάξει· ·) παῖδες, ·) ἐκτρίβο[ιμεν ἄν].
ἤτοι ποθ' οὗτος ἢ σὺ πιστευθεὶς λ[όγοις]
ὑπεναν[τί]ον τε μηθὲν ὧν ποεῖ [ποεῖν]
δόξας, ·) ἔχεις τὸν ἄνδρ' ἀφύλακτον, ·) ἔ[κτοπον]
τῶν πραττομένων, τῆς οἰκίας. ·) ὅτ[αν δὲ σὺ]
β[ο]ύλῃι, διοικηθήσεται τὰ λοιπά σοι.
(Leno:) . ουδ [. . . .] ϑ . . ης φανερός ·) οὐ λ⟨ι⟩μοὶ [βίαν]
ἔχον[τ]ες ἐν τ[αῖς] χερσίν, ἄλλο δ' οὐδὲ ἕν;
ὠνεῖθ' ὁ γείτων· ·) ἀλλ' ἐὰν αἴσθηθ', ὅμ[ως]
πρόσεισιν ἐξήκ[ο]νθ' ἑταίρους παραλαβ[ών],
[ὅσ]ου[ς] Ὀδυσσεὺς ἦλθεν εἰς Τροίαν ἔχω[ν],
[βο]ῶν ἀπειλῶν· ·) ‛ἄν σε μή, ·) μαστιγία,
[ὃς ἐμὴν π]έπρακας πλέον ἔχοντι χρυσίο[ν].'
[. . . .] . . τι . δα πωλῶ; μὰ τοὺς δώδεκα [θε]οὺς
[οὔ, βλαπτό]μ[ε]νο[ς] διὰ τοῦτον, ·) ἢ ⟨μ⟩ία λαμβάνει
[ὅσον οὐχ]ὶ δέκα, τρεῖς μνᾶς ἑκάστης ἡμέρας
[παρὰ τοῦ] ξένου. ·) δέδοικα δ' οὕτω λαμβάνειν

τὸν ξένον] | ⟨β⟩[λά]⟨ψ⟩εις. u. 82: suppleuit Leo. [δὴ] στρατ[ιώτας ῥαιδίως] Britanni. ἐκτρίβο[ιμεν ἄν] Britanni ἐκτριβο[ίμεθ' ἄν] Leo. u. 84—86 suppleuerunt Britanni. u. 84: *ΠΟΘΟΥΤΟΣ* carta. u. 85: *ὯΝ* carta posito spiritu nec non accentu. u. 86: *ΑΝΔΡ'ΑΦΥΛΑΚΤΟΝ*. u. 89: οὐ λ⟨ι⟩μοὶ Britanni οὐ λειμοὶ Leo cartae scriptura seruata. [βίαν] Leo [βίον] Britanni. u. 90—94: suppleuerunt Britanni. u. 90: *ΑΛΛΟΔΟΥΔΕΕΝ* carta. u. 91: *ΩΝΕΙΘΟΓΕΙΤΩΝ·ΑΛΛΕΑΝΑΙΣ ΘΗΘ'ΟΜ* carta ὅμ[ως] Britanni ὁμ[οῦ] Leo. u. 92: *ΕΞΗΚ.ΝΘΕ ΤΑΙΡΟΥΣ* carta. u. 95: [ὃς ἐμὴν] Leo [ἐμὴν] Britanni. u. 96: [τί δ' Ἰσθ]⟨μ⟩ι[ά]δα Leo. u. 97: [οὔ, βλαπτό]μ[ε]νο[ς] : [ἀπατώ]μ[ε]νο[ς] Britanni [οὐ θέλο]μ[ε]ν, ο[ὔ] Leo ἢ ⟨μ⟩ία λαμβάνει Leo *ΗΝΙΑΛΑΜ ΒΑΝΕ*, tum *Ι* uel *Ν* carta ἢ ⟨μ⟩ί' ⟨ἐ⟩λάμβανεν Britanni. u. 98: suppleuit Leo. u. 99: suppleuerunt Britanni. u. 100 sqq.: suppleuit Leo. u. 99: *ΔΟΥΤΩ* carta.

100. [τὸ λοιπὸ]⟨ν⟩· οὐ γὰρ ἁρπάσονθ', ὅταν τύχηι,
[ἀμυνῶ·] δικάσομαι,·) πράγμαθ' ἕξω,·) μάρτ[υρας]
[παρέχειν δεήσει]

100: ΛΟΥΓΑΡΑΡΠΑΣΟΝΘ'ΟΤΑΝ, 101: ΠΡΑΓΜΑΘΕΞΩ carta.

Hos uersus cum tractabimus, inde a uersibus 42 sqq. quorum sensus et argumentum facile intellegatur proficiscemur. Atque e uoce τρόφιμε u. 55, de qua uoce uelim conferas p. 40, quinam inter se conloquantur manifestum est. Adpellatur enim adulescens, erilis filius, a seruo quodam maiore natu cf. Leo p. 678 l. s. Nec non ex eadem uoce, cum personarum mutationem diligentissime librarius notauerit, quae uerba utrique interlocutori tribuenda sint cognoscitur: uu. 54—63 seruus dicit, idemque u. 65 exeuntem et u. 66 et u. 67 exeuntem; u. 45 exeuntem et reliqua loquitur adulescens. Iam argumentum totius sermonis quin de parasito sit, de quo nomen acceperit fabula, nemo est qui dubitet. Ad quem parasitum ea referenda sunt quae dicit adulescens uu. 42—44:

οὐθεὶς ἐπλούτησεν ταχέως δίκαιος ὤν.
ὁ μὲν γὰρ αὑτῶι συλλέγει καὶ φείδεται,
ὁ δὲ τὸν πάλαι τηροῦντ'[1]) ἐνεδρεύσας[2]) πάντ' ἔχει.

quae recte uerterunt Britanni: 'No honest man ever grew rich quickly. For while he is putting by and living thriftly, the man who lays a trap for his patient watchfulness, gets everything.' Nam uerbis ὁ μὲν iustus uir, ὁ δὲ iniustus uir indicatur atque ita quidem, ut tota sententia e Menandri usu ac consuetudine in uniuersum dicatur, sed ὁ δὲ quodam modo etiam ad parasitum spectet, de cuius arte infra uberius conloquantur. Ac seruus cum infra uu. 55 sqq. ipse quoque quanta pernicies ac pestis sint parasiti copiosius exponat, uix potest dicere ὡς ἄδικον εἶπες quod editores suppleuerunt; sed consentire eum, non dissentire expectaueris. At *ΩΣΑΔΙ* se legisse profitentur Britanni. At si quam addiderunt tabulam diligentius atque acutis oculis inspexeris, cognosces quintae litterae relictam esse hanc lineam) ad laeuam curuatam. Atqui *I* littera derecta linea depingitur cf. *ΗΔΙΟΝ* u. 45 *ΕΙΜΙ* u. 46; linea ad laeuam curuata altera pars est litterae *Υ* cf. *ΟΜΝΥΩ* u. 45

[1]) uocabulum τηρεῖν saepius occurrit in Menandri fragmentis cf. fr. 12 K. CAF III p. 6, fr. 74,4 K. CAF III p. 24, fr. 383 K. CAF III p. 110.

[2]) cf. (Demosth.) XL 10 p. 1011,4 μετὰ τοῦ Μενεκλέους ἐνεδρεύσασα τὸν πατέρα μου καὶ ἐξαπατήσασα ὅρκωι. Apud comicos quantum uideo non nisi ἔνεδρα legitur Antiph. fr. 124,7 K. CAF II p. 60.

ΜΟΥ u. 46. Ergo hic non *I* littera fuit, sed *Y*. Itaque fortasse recte scripsimus *ὡς ἀδύ[νατον τοῦτ']* id quod spectet ad u. 42 *οὐθεὶς ἐπλούτησεν* et interpretandum sit '(recte tu quidem,) nam hoc fieri non potest.' Atque de uocis *ὡς* usu cf. Soph. Philoct. 811 sq.

οὐ μήν σ' ἔνορκόν γ' ἀξιῶ θέσθαι, τέκνον· ⫩
ὡς οὐ θέμις γ' ἐμοὖστι σοῦ μολεῖν ἄτερ.

Iam de eis qui sequuntur uersibus, quos Leo recte interpretatus restituerit, breuiter absoluam. Atque in primis quaerendum est, quae sint illa *Θάσια*. Urceos uel uasa quaedam ea esse uiri docti[1]) putant nec tamen testimonia praebuerunt. cf. Strab. VII 9 p. 317 = p. 435, 29 Mein. *ἀπὸ τοῦ εὑρίσκεσθαι κέραμόν τε Χῖον καὶ Θάσιον ἐν τῶι Νάρωνι.* At cum figulorum Thasiorum opera eximia floruisse gloria nusquam sit traditum, quo modo *Θάσια* simpliciter dictum idem esse ac 'uasa Thasia' possit, non uideo (cf. Blümner, Die gewerbliche Tätigkeit der Völker des klass. Altertums p. 85 sq.), neque ueri simile uidetur id quod Leo p. 684 contendit: 'Offenbar hat er es übernommen, das nötige Geschirr zu besorgen.' Sed clarissimum fuit per totam Graeciam uinum Thasium, quo ubique delectabantur homines Graeci cf. Men. fr. 319, 5 K. CAF III p. 91 Aelian. Ep. 8 p. 18 Herch. *ἐγὼ δὲ Λέσβιον πίνω καὶ Θάσιον* Ath. I p. 28d—29c, quo loco poetarum qui huius uini mentionem fecerunt enumerantur testimonia. Atqui hoc Menandri loco u. 46 sq. adulescens sese tacuisse dicit ne temulentus uideretur *εἰ μὴ — — ἦν ὑπόνοια κραιπάλης.* Quae ebrietatis suspicio eo facilius poterat oriri, si amphoras uini puer pedisequus portabat. Ergo Menandrum uocibus *τὰ Θάσια* cados Thasio uino completos dixisse probabile est. cf. Aristoph. Eccl. 1118 sq. *πολὺ δ' ὑπερπέπαικεν αὖ*
τούτων ἁπάντων τὰ Θάσι' ἀμφορείδια.

Adulescens igitur ut ad magnum illud conuiuium, de quo infra p. 78 sq. erit dicendum, aliquid conferret, cum seruo in foro[2]) uinum coemit.[3]) cf. Plaut. Stich. 686 sq.

'Quisquis praetereat comissatum uolo uocari. ⫩ Conuenit,
Dum quidem hercle quisque ⟨ueniet⟩ ueniat cum uino suo.'

Atque ibidem uidit parasitum qui diuitias splendorem luxuriam ostentabat, id quod ex ipsius adulescentis uerbis apertum est uu. 48—53. Ad quos uersus pauca sunt adnotanda. Ac primum, quod adulescens u. 50 *τίν' εἰργάζου τέχνην;* dicit: de arte parasitica[4])

---

[1]) Britanni uerterunt 'jarfs', Leo p. 680 haec dicit: Der junge Mann hat auf dem Markte Geschirr gekauft, das ihm ein Sklave nachgetragen hat.

[2]) cf. Wachsmuth, Die Stadt Athen II p. 456 sq.

[3]) quod ciuis ipse obsonatur cf. Wachsmuth l. s. p. 454 sq. Plaut. Aul. 264.

[4]) de qua arte uelim conferas Ribbeck, Kolax p. 63 sqq. Leo, Plautinische Forschungen p. 133 adn. 2. Nicol. fr. 1, 17—49 K. CAF III p. 384.

in aliqua huius fabulae scaena uberius esse disputatum cognosces ex Terenti Eun. II 2 (uu. 232 sqq.), quam scaenam de Menandri Colace Afer transtulit (cf. Ter. Eun. 30). Deinde de u. 52 ineunte Britanni haec docent: 'ἐκ τῆς πόλεως is an obvious restoration, but it seems impossible to get so much into the lacuna; ἀγορᾶς is also to long.' Ac quod Leo scripsit ἐκ τῆς [πόλεως μισ]ῶ σε e. q. s., μισῶ σε num possit stare dubito. Nam ante *ΩΣΕ* litteram *P* agnouisse uidentur Britanni; quam litteram, cum quae sunt tradita transcripserunt, omiserunt quidem, tamen in textu qui uocatur positam eis cancellis, quibus quae in carta non extant litteras exhibere solent, non incluserunt. Sed ne longus sim, rem consideremus: in foro quae enarrantur fiunt; atqui uocabulum ἀγορά ipsum probari nequit. Ergo expectamus aliam quandam poni uocem, qua forum uel fori pars significetur. Quid plura? Cum τί διδάσκεις dicat adulescens atque totus locus colorem habeat quendam ut ita dicam philosophicum, statim in mentem uenit clarissimi illius loci, in quo Menandri aetate [1]) Zeno philosophus Citiensis docere solebat, de quo loco eius discipuli nomen traxerunt: porticum illam dico quam στοὰ ποικίλη uocabant. [2]) Neque ineptum uidetur scribere

οὐκ ἄπει
ἐκ τῆς [στοᾶς ἑτέ]ρωσε·

aut statuere adulescentem ex ciuium consuetudine, [3]) qui cottidie solebant in illa porticu ambulare, per porticum transisse ut amicos salutaret, alia.

Iam ad ea quae de uersibus 52—62 explanauit Leo nihil habeo quod nunc addam, nisi quod formam ἑόρακα apud Atticos poetas usitatam fuisse constat, cf. Porson ad Eur. Phoen. 1367. Men. fr. 337 K. CAF III p. 98

Ἄπολλον ἀνθρώπων τιν' ἀθλιώτερον
ἑόρακας; ἆρ' ἐρῶντα δυσποτμώτερον;

et quod uu. 55 sq. copiosius enarrat Menander eadem quae Diphilus in fabula *ΓΑΜΟΣ*, quam haud ita multo post annum a. C. n. 307 doctam esse probauit Theodorus Wagner, 'Symbolarum ad Comicorum Graecorum historiam criticam capita IV' p. 20, breuius et elegantius dixit fr. 24 K. CAF II p. 547 ὁ γὰρ κόλαξ

καὶ στρατηγὸν καὶ δυνάστην καὶ φίλους καὶ τὰς πόλεις
ἀνατρέπει λόγωι κακούργωι μικρὸν ἡδύνας χρόνον.

In interpretando u. 63 Fridericum Blass secutus sum qui l. s. haec: 'Aber eben οὗτοι δ' εἰσὶν αὐτοῖς ἄθλιοι oder ἄθλιον könnte richtig sein: diese sind ihr Unglück', licet apta non inuenerim

---

1) Colacem post annum a. C. 296 actam docet Ericus Bethe, Herm. XXXVII 1902 p. 278 sq.

2) cf. Judeich, Topographie von Athen p. 299 sqq. Wachsmuth l. s. p. 447.

3) cf. Philemo fr. 28, 3 K. CAF II p. 485.

exempla. Neque enim huc pertinent, quae apud Menandrum scripta uidemus fr. 420 K. CAF III p. 122

σιτόκουρον ἄθλιον
ἄχρηστον εἰς τὴν οἰκίαν εἰλήφαμεν

cf. Meineke Menandri et Philemonis rell. p. 65 med.

Tota autem haec serui oratio quam modo tractauimus non ita placet adulescenti, sed altius ei uidetur esse exaggerata nec tamen satis perspicua:

σοβαρὸς μὲν ὁ λόγος· ὅτι δὲ τοῦτ' ἔστιν ποτέ,
οὐκ οἶδ' ἔγωγε.

Ac de uocabulo σοβαρός uelim inspicias Photium s. u. σοβαρός p. 527, 24 Pors. = II p. 168 Naber λαμπρός, ἐπαιρόμενος, τολμηρός, αὐθάδης, ἔξω τοῦ δέοντος φερόμενος — — χρῶνται δὲ τῆι λέξει ταύτηι συνήθως οἱ κ⟨ωμ⟩ικοί (κυνικοί codd.) cf. Aristophont. fr. 11, 5 K. CAF II p. 280, inc. com. fr. 1150 K. CAF III p. 597. Nec non idem uocabulum etiam de dictione et oratione dicitur Plut. Mor. p. 41 C ὡς γὰρ τῶν ὑπ' αὐλοῖς ἀιδόντων αἱ πολλαὶ τοὺς ἀκούοντας ἁμαρτίαι διαφεύγουσιν, οὕτω περιττὴ καὶ σοβαρὰ λέξις ἀντιλάμπει τῶι ἀκροατῆι πρὸς τὸ δηλούμενον. cf. Suidas s. u. ῥητορική.

Sequitur nunc columna tertia, cuius pars adeo deleta est, ut de restituendo desperemus. Alteri quae extat interpretandae tanquam fundamentum iecit Leo, cum p. 675 ex uersuum 89 sqq. reliquiis planum fecit lenonem[1]) quendam sermonem habere cum aliquo, qui ei ut meretricem a duobus adulescentibus amatam alteri uendat modo suaserit. At in nulla Menandri fabula adhuc lenonem repertum esse Fridericus Marx in scholis docet neque usquam ex eis uocabulis quibus lenonem uocant ullum occurrit nisi semel πορνοκόπος fr. 1057 K. CAF III p. 260. Contra apud Diphilum haud infimas partes agit leno in ea fabula de qua Rudentem Plautus expressit et in ea quae Συναποθνήισκοντες adpellabatur. Nec non in incerta quadam illius fabula leno introducebatur de sorte queri fr. 87 K. CAF II p. 570

οὐκ ἔστιν οὐ⟨θ⟩ὲν τεχνίον ἐξωλέστερον
τοῦ πορνοβοσκοῦ

e. q. s. Commemoratur etiam in fabula Ζωγράφος fr. 43, 22 K. CAF II p. 554. Quare cum Leonem uerum uidisse negari non possit, nescio an, ueluti Sophocles aetate prouectus minorem natu Euripidem haud raro rebus argumentis coloribus imitatus est, ita Menander[2]) quoque in Colace Diphili uestigia presserit et in eadem comoedia uoce πορνοκόπος fr. 1057 K. CAF III p. 260 usus sit; quae coniectura propterea magnam prae se fert ueri speciem quod in ipsa Colace cum de parasitis egit

---

[1]) De lena non posse cogitari ex u. 84 σὺ πιστευθεὶς adparet.
[2]) qui Antiphanem quoque exscripsit cf. Euseb. praep. eu. X 3, 13.

uu. 55 sqq. Diphili fabulam quae *Γάμος* uocabatur manifeste ante oculos habuit cf. supra p. 71. Sed ad ipsa ea quae sunt tradita interpretanda accedamus. Ac uu. 89 sqq. lenonem pronuntiare agnouit Leo, eos qui antecedunt alterum quendam. Qui potest esse seruus; sed cum apud Diphilum (cf. Plaut. Rud. 49 sqq.) lenonem consilio adiuuet hospes quidam, hoc quoque in loco hospitem uel amicum cum lenone conloqui statuere malim. Qui hospes quae dicit uu. 84 sqq., ea fortasse sic interpretabimur: ‘Profecto, hic uel tu, si fides tibi habebitur nec quidquam eorum quae contra eum facis facere uisus eris, habes illum securum — — — si uoles, omnia abs te gerentur.’[1]) Ac uocem *ἀφύλακτος* idem esse posse ac ‘securus’ cognosces ex Aristot. rhet. I 12 p. 1372 a 18 *οἱ μὲν γὰρ φίλοι ἀφύλακτοι πρὸς τὸ ἀδικεῖσθαι* Plat. Polit. p. 274 B *αὐτοὶ δὲ ἀσθενεῖς ἄνθρωποι καὶ ἀφύλακτοι γεγονότες διηρπάζοντο.* Nec de quo u. 86 *ἔχεις τὸν ἄνδρ᾽ ἀφύλακτον* dicatur, potest esse dubium. Cum enim leno alteri amatori meretricem uendere iubeatur, quem fallere atque quid agat celare iubetur, is non est nisi alter amator. Deinde post *ἀφύλακτος* in carta littera *E* extat scripta, quam litteram primam fuisse uocis *ἐ[πίτροπος]* Leo opinatur. At hoc si uerum esset, uerbis *ἐπίτροπος τῶν πραττομένων τῆς οἰκίας* idem fere ac uersu qui sequitur exprimeretur, neque cuius domus neque quo modo *ἐπίτροπος* leno fieret omnino intellegeretur. Itaque non est cur hoc supplementum Britannorum supplemento *ἔ[κτοπος]* praeferamus, quod sensum satis aptum praebeat: leno si alterum amatorem fefellerit et quid faciat celauerit, efficiet, ut procul[2]) ille sit a rebus quae gerantur et ab huius i. e. lenonis domo (*τῆς οἰκίας*). Sed quinam sint hi amatores quaeritur. Atque aemulantur saepius inter se adulescens et miles ueluti in Plauti Curculione cf. u. 337 sqq. et in Pseudolo cf. u. 51 sqq. nec non in Terenti Eunucho qui ipse militem ex Menandri Colace in Eunuchum suam sese transtulisse u. 30 sqq. testis est. Qui miles etiam fr. 293 K. CAF III p. 83 sermonem habens cum parasito inducitur. Militem igitur et adulescentem qui col. II cum seruo conloquatur inter se esse riuales ueri est simillimum atque argumento quodam

---

[1]) de uoce *διοικηθήσεται* cf. Demosth. VIII 13 p. 93, 4 *τἄλλα μέν ἐστι λόγοι καὶ προφάσεις, πράττεται δὲ τοῦτο καὶ κατασκευάζεται, ὅπως ὑμῶν μὲν οἴκοι μενόντων ἔξω δὲ μηδεμιᾶς οὔσης τῆι πόλει δυνάμεως μετὰ πλείστης ἡσυχίας ἅπαντ᾽ ὅσα βούλεται Φίλιππος διοικήσεται.*

[2]) De uocabulo *ἔκτοπος* cf. Eur. Bacch. 68 sq.

τίς ὁδῶι; τίς ὁδῶι; τίς
μελάθροις; ἔκτοπος ἔστω.

Soph. Oed. Col. 233

σὺ δὲ τῶν ἑδράνων πάλιν ἔκτοπος
αὖθις ἄφορμος ἐμᾶς χθονὸς ἔκθορε.

confirmatur. Adulescens enim parasitum quem a milite ali ex fragmento modo laudato et Terenti Eunucho l. s. et u. 391 sqq. constat, tanto persequitur odio ut eum — quales sunt comoediae adulescentium mores — nihil nisi uitae rationes ab ineunte aetate susceptas sequi uix credas. At si huc id accedit quod stat iste ab aemulo milite, tantum illud odium quo modo ortum sit plane intellegitur. Quae cum ita sint quin miles et adulescens inter se aemulentur dubitari nequit, sed uter uicinus sit cui mulierculam u. 91 uenisse statuitur, utrius uis ac uiolentia metuatur, id quaerendum est. Quam ad rem pertinent uu. 82 sq.:

μ[ε]ταπέμψεθ᾽ [ἑ]τέρους [συ]στρατ[ιώτας[1]) *δώδεκα]*[2])
οὓ[ς π]αραφυλάξει, παῖδες, ἐκτρίβο[ιμεν ἄν]

quorum uersuum priore de milite uerba fieri — siue Britannorum siue Leonis, quae magis adrideant, recipimus supplementa, — luce est clarius. Quodsi Leo l. s. p. 674 interpretatur: ‛Der *στρατιώτης* wird einen Haufen Kameraden in sein Haus holen. Die auf der Bühne Gegenwärtigen wären ruiniert, wenn das geschähe,’ neque omnino in eis quae sunt tradita de militis aedibus dictum est neque quo modo duae illae res sententiaeque inter se cohaereant perspicuum est. Contra interpretationem satis idoneam habet totus locus, cum de eadem re de qua uu. 91 sq. dicatur hic quoque agi atque id quod in Terenti Eunucho IV 7 = uu. 771 sqq. re uera fiat, hic commemorari tantum statuimus[3]): militem gloriosum cum commilitonibus domum in qua amica uersetur oppugnare. Atque ita quidem hac de re lenonis amicus uerba facit, ut exponat haud tam magnum esse periculum ne re uera miles gloriosus[4]) lenoni uim inferat. Nam sic fere sententiae inter se conectuntur: ‛Miles si, quid in animo habeas, cognouerit, magnum numerum commilitonum quidem arcesset; quos tu cauebis — — profecto hic uel tu, si fides tibi habebitur nec quidquam eorum quae contra eum facis facere uisus eris, habes illum securum ut procul sit a rebus quae gerantur et ab aedibus tuis. Si uero uoles reliquarum rerum penes te erit arbitrium.’ Sed de uersu 83 exeunte *ΠΑΙΔΕΣ ΕΚΤΡΙΒΟ* nihil certi habeo quod proferam. Neque enim Blass qui quod Leo proposuit recte refutauerit nos habet adsentientes

---

[1]) Quae uox legitur Xen. An. I 2, 26 Hell. II 4,20, V 3,17 Plat. rep. VIII p. 556 C.

[2]) cf. Leo p. 674 adn. 2.

[3]) Nam quod Blass, Herm. XXXIII 1898 p. 654 sqq. fragmentum quod edidit Mahaffy, Flinders Petrie Pap. tab. IV 1 huc pertinere censet, nimis est incertum; neque omnino hoc fragmentum Menandri esse potest argumentis euinci satis firmis.

[4]) qui quam gloriosus sit e fragmento 293 K. CAF III p. 83 patet.

cum interpretatur: 'Und wenn er seine Sklaven schickt, die machen wir vollends leicht zu Schanden.' Nam haec interpretatio stare nequit nisi *παῖδας* in carta scriptum fuisse comprobabitur, id quod propterea fieri non potest, quia *ΠΑ* et *ΕΣ* se uidisse Britanni adfirmant. Accedit quod et post *ΠΑΙΔΕΣ* et ante *ΠΑΙΔΕΣ* interpunxit librarius. Sed forsitan hic uersus sic possit uerti 'quos tu cauebis, nos, o serui, ad internecionem caedemus'; neque enim cur non lenonis quidam serui in scaena possint uersari aut adpellari omnino uideo. Neque habeo quod opponam, si quis comparato Nicolai fr. 1 K. CAF III p. 383 sq., in quo qui u. 1 *ἄνδρες* adpellantur iidem 41 *παῖδες* uocantur, de lenonis quibusdam amicis, uicinis cogitauerit.

In eis qui sequuntur uersibus quamuis dubia sint singula, tamen de rerum conexu constat. Leno enim primum adsentitur u. 89—91[1]) *ὠνεῖθ' ὁ γείτων* — 'ut emerit uicinus', sed statim sese si militem fefellerit meretricemque uendiderit, nihil esse profecturum, sed militem fraudem si perspexerit ut ulciscatur uim sibi inlaturum intellegit; neque tam uiles illius esse copias censet. Iam mihi quidem dubium non uidetur quin uicinus ille qui emere meretricem studeat sit adulescens, quem militis esse aemulum supra explanauimus. Nam Leo quamuis recte cetera exposuerit, tamen cum diuitem fuisse amatorem alterum alterum pauperem statuit, uerba *πλέον ἔχοντι χρυσίον* nimis pressit. Neque enim si quis maiorem altero aliquo habet pecuniam, eundem esse diuitem necesse est neque omnino quidquam inde quod miles *πέπρακας πλέον ἔχοντι χρυσίον* dicere inducitur de adulescentis opibus potest concludi propterea, quod miles cum audiuerit lenonem uicino uendidisse mulierem, tanquam cogitur putare illum ditiorem esse quam ipse sit, qui maius, quam ipse antea promiserit, pecuniae pondus lenoni dederit. Ac Leo cum diuitem esse militem, adulescentem pauperem statuerit, facere iam non potest quin uim lenoni inferri putet non a milite sed ab adulescente. At quo modo haec opinio cum uersus 82 sententia quem uersum ipse Leo sic suppleuerit: *μεταπέμψεθ' ἑτέρους συστρατιώτας* consociari possit, obscurum est.

Sed redeo ad lenonis uerba. Qui etiam altera quadam causa ne adulescenti puellam uendat impeditur, cf. uu. 96 sqq., quos uersus optime Leo restituit: maximam enim cottidie pecuniam a peregrino quodam accipit muliercula. Quem peregrinum esse militem Leo sagaciter agnouit. Atque ut quae sint grauissima ea paucis complectar: Miles *Βίας* (cf. Kock ad fr. 293 CAF III p. 83) lenonis uicinus puellam quae in eius est dicione cottidiana

---

[1]) de *λιμοί* cf. (Diphilus) Plaut. Rud. 311 'famelica hominum natio.'

mercede conduxit, cf. Leo p. 676 sq. Bekker-Göll, Charikles II p. 92 sq. Eandem amat adulescens quidam, qui ut perpetuo eius amore fruatur eam studet emere. Cuius adulescentis uoluntati ut obsequatur, lenoni suadet hospes, quoniam militis uis non ita sit timenda, cf. uu. 82 sqq.

Iam in his uersibus unde profecti sumus u. 97 maxime medicina eget; in quo uersu [*ἀπατώ*]*μ*[*ε*]*νο*[*ς*] quod Britanni suppleuerunt minus apte uidetur excogitatum, quia quo modo leno decipiatur planum non fit. Neque [*οὐ θέλο*]*μ*[*ε*]*ν, ο*[*ὖ*], quam coniecturam Leo ipse 'nicht unbedenklich' uocet, comprobauerim. Sed quidnam rerum sententiarumque ordine comparato expectetur, id consideremus. Leno enim, quippe qui nihil nisi quaestum spectet, intellegit u. 97 sq. sese si meretricem adulescenti uendiderit lucrum illud cottidianum amissurum esse i. e. damnum aliquod facturum. Atqui damnum Graece uocatur *βλάβη*. Ergo hoc loco uerbum *βλάπτειν* scriptum fuisse atque sic esse totum locum restituendum probabile est:

πωλῶ; μὰ τοὺς δώδεκα [*θε*]*οὺς*
[*οὔ, βλαπτό*]*μ*[*ε*]*νο*[*ς*] [1]) *διὰ τοῦτον.* 'uendam? Minime per duodecim deos, cum damnum accipiam eius causa, ut eius uoluntati obsequar'; quo in loco *διὰ τοῦτον* de adulescente dici manifestum est.

Denique unus oboritur lenoni scrupulus quo fortasse, ut adulescenti mulierem uendat, commoueatur: cf. uu. 99 sqq. et Leo p. 677.

Sequitur prima columna cuius dimidia pars omnino est diruta ita ut operam et oleum perderemus, si ipsius poetae uerba reficere studeremus. Sed si omnino supplementa proponuntur, id unum spectatur, ut ea quae aetatem tulerunt eam fere quam inuenisse nobis uidemur sententiam habere comprobetur. Atque initio quidem loqui adulescentem meretricis amatorem qui u. 19 *Φειδία* adpelletur recte Leo exponit; singulae autem res prorsus sunt incertae; ueluti quod Leo e uersuum 1—2 reliquiis adulescentis patrem male rem gessisse priuatam concludit, eadem cum ueri specie contrarium quod sit efficere potes. Sed hoc constat patrem *ἐπὶ πράξεις τινάς* i. e. negotia expediendi causa peregre uersari. Qui pater cur suppellectilem filio non reliquerit, id quod Leo contendit, non intellegitur. At ipse Leo p. 682 adn. 2 cum Terenti Phormionem laudat, qua uia progrediendum sit indicat. Qua in fabula seruus Phaedriam erilem filium, qui suae curae

---

[1]) cf. Axionic. fr. 6 K. CAF II p. 414 u. 10 sq. *ὅσα τ᾽ εἴρηκέ με κακῶς, ὁμολογῶν εὐθέως οὐ βλάπτομαι.*

commendatus sit a patre, adamasse meretricem exponit, tum u. 83 pergit:

'Ea seruiebat lenoni inpurissumo
Neque quod daretur quicquam: id curarant patres.'

Haec cum contulerimus, etiam hunc de quo res est locum similiter interpretabimur: Pater cum iter ingrederetur, filium seruo commisit, pecuniam filio non dedit, ne ille unde ineptias sequeretur aut stultitias haberet. Itaque ille argentum quod leno pro muliere poposcit pendere nequit. Quod cum aegerrime ferat, irae indulget ac rem enarrando in maius tollit:

[ἐπεὶ γὰρ ἐξέπλευσεν] ἐπὶ πράξεις τινὰς
[ὁ πατὴρ κατέλιπεν ο]ἰκίαν ἐμοὶ κενήν.

Atque ei qui sequuntur uersus cum his artissime cohaerent. Quos uersus quod Blass apud Britannos p. 24 suppleuit

α]ὐτὸς τροφὴν
[ἐποριζάμην· τὴν μὲ]ν διοικηταῖς τισιν
[ἐπέτρεψε. Leo recte reppulit. Neque uero quod ipse scripsit *α]ὐτὸς τροφὴν*
[παρέχειν ἐπέτρεψ' ἡμῖ]ν διοικηταῖς τισιν·

probauerim. Nam cur *αὐτός,* quod non expectetur, addatur nescio, et *τροφὴν παρέχειν* num de dispensatoribus satis apte dictum sit dubito. Nam cum eorum mentio fiat, in primis de re familiari atque pecunia dici expectaueris, ita fortasse ut adulescens indignetur, quod pater pecuniam non sibi sed illis administrandam commiserit. Iam in omnibus fere comoediis adulescentes qui de pecunia laborent seruorum dolis ac fallaciis adiuuantur; qua de re hic quoque dictum esse ueri est simillimum. Atque cum toto hoc loco quantis angustiis prematur adulescens enarretur, nec non *παιδάριον* deminutiua quae uocatur forma, quae aliquid contemptionis habere uideatur cf. Men. fr. 577, 3 K. CAF III p. 176 *ἢ παντάπασιν παιδαρίου γνώμην ἔχει* al., extet scripta, ita fortasse res inter se conecti mihi persuasi, ut adulescens patrem praeter praeceptorem — cuius nomen poterat nominari — sibi non nisi seruolum quendam dolorum plane inperitum reliquisse explanet. Quae cum ita sint, sic forsitan suppleueris uu. 5 sqq.

κατέλιπεν ο]ἰκίαν ἐμοὶ κενὴν
[καὶ Κίλικα καὶ τὸ] παιδάριον[1]) *[το]ῦτο στροφὴν*
[οὐκ εἰδός, οὐσία]ν διοικηταῖς τισιν.

Atque uox *στροφή* de fraude dicitur Aristoph. Eccl. 1026

ἐξωμοσία δ' οὐκ ἔστιν; ≠ οὐ γὰρ δεῖ στροφῆς.

cf. Pollux IX 132 *Ἀπάτη, ἐξαπάτη, στροφή.*

---

[1]) cf. Leo p. 682 adn. 4: 'Das *παιδάριον* ist entweder noch auf der Bühne oder hat eben das Geschirr ins Haus getragen.'

Deinde uu. 8 sqq. alterius interlocutoris esse adparet atque maxime id placet, quod Leo p. 683 suspicatus p. 685 comprobat: Doridem quae u. 18 nominetur, meretricis ancillam, cum adulescente sermonem habere. Hoc si uerum est,

[ἀκριβολόγοις ἄρ', ὦ κακόδ]αιμον, τυχὸν ἴσως
[ὃς διατελεῖς ζῶ]ν ἀθλίως οὕτω σφόδρα

nimis in uniuersum dicta esse ac parum definita uideantur. Nam Doridem de ipsa era aliquid prolaturam esse expectabis atque ita fere, ut qua inopia adulescens laboret certior facta uereatur, ne ille de consilio amicae emendae desistat. Quae sententia sic poterat exprimi:

[Γλυκέραν[1]) *προδώσεις, ὦ κακό]δαιμον, τυχὸν ἴσως*
[τῶι πορνοκόπωι[2]) *ζ]ῶν ἀθλίως οὔ[τ]ω σφόδρα;*

Nec non ut metum dubitationemque ancillae tolleret ille poterat respondere *οὐδέποτε*. Eis autem quae sequuntur de conuiuio illo celeberrimo, cuius Athen. XIV p. 659 d mentionem facit, adulescentem loqui Leo agnouit et recte scripsit

[— νῦν οὖν τοῦ]τό μοι π[ο]ητέον·
[τηιδί, τετρὰς[3]) *γάρ, σ]ύνοδος ἡμῶν γ⟨ί⟩[γ]νεται*

nisi quod pro *οὖν* fortasse rectius *δὲ* scripsimus. Sed ea quae ad uersus 12 sq. restituendos proposuit

[τὸν βουλόμενον γὰρ] ἑστιάτωρ δεσ[π]ότης
[ἕτοιμος αὐτοί τ' ἀπο]δέχεσθ' αἰεὶ [δό]μοι

a dictione comica aliena esse ipse sensit; maxime uero offendimus in forma *αἰεί*, quae forma post annum a. C. n. 361 in inscriptionibus nusquam inuenitur nisi in uno Dionysiastarum decreto CIA IV 2, 623 e u. 6, quod cum II. a. C. n. sit saeculi uix postest esse exemplo cf. Meisterhans l. s. p. 31 adn. 159 et p. 33, 4. Nec quod Britanni u. 13 *δέχεσθαι εἶ[πέ] μοι* scripserunt probabile est quia est hiatus inter *δέχεσθαι* et *εἶπε*, qui hiatus in diuerbio non admittitur cf. Kühner-Blàss l. s. I 1 p. 197 sq. Atque etiam de eis qui sequuntur uersibus restituendis desperauimus; quos fortasse recte Leo sic interpretatus est 'wer selbst nichts hat, muß sich einen Reichen oder Mächtigen als Patron wählen *εἰ δὲ μὴ τρίτον* | *[λοιπὸν ἀπορεῖν,*' quamuis argumenta non possint adferri. Sed fortasse uersus 17 reliquiae *ΑΙΝΙΑΝ·ΑΓΡΙΑΝΑΓΕ* quodam modo inlustrabuntur cum conuiuii illius supra commemorati[4]) meminerimus. Quod conuiuium

---

[1]) nomen exempli causa suppleui.

[2]) cf. p. 72.

[3]) cf. Kock ad Men. fr. 320 CAF III p. 92 et quae Leo p. 683 adn. 2 adnotat.

[4]) Quod conuiuium in cuius aedibus ornatum sit incertum est; neque enim quo modo ex uersibus 11 sq. in Biantis militis aedibus id adparatum cognoscatur uideo, neque in ipsa scaena mensas esse exstructas ueri est simile.

ipsum priusquam inciperetur, rem diuinam esse factam cum ex ueterum cultu et moribus necesse est tum e fragmento 292 K. CAF III p. 82 sq. planum fit. Atque huc pertinere u. 17 *AINIAN· ΑΓΡΙΑΝΑΓΕ* probabile est. Nam uerbum *ἄγειν* eadem ratione qua Latinum uerbum 'agere' (cf. Plaut. Rud. 273) usurpatur de hostiis uel uictimis agendis cf. Men. fr. 319 CAF III p. 91

εἶτ' οὐχ ὅμοια πράττομεν καὶ θύομεν;
ὅπου γε τοῖς θεοῖς μὲν ἠγορασμένον
δραχμῶν ἄγω προβάτιον ἀγαπητὸν δέκα.

Deinde *AINIAN* quid fuerit nisi *τ]αινίαν* haud facile quisquam comprobauerit. Quibus uittis eos qui rem diuinam faciant capita ornare cum alii tradunt tum Clemens Al. Protr. I 10, 2 p. 10, 9 Stählin *σὺ δὲ εἰ ποθεῖς ἰδεῖν ὡς ἀληθῶς τὸν θεόν, καθαρσίων μεταλάμβανε θεοπρεπῶν, οὐ δάφνης πετάλων καὶ ταινιῶν τινῶν ἐρίῳ καὶ πορφύρᾳ πεποικιλμένων, δικαιοσύνην δὲ ἀναδησάμενος.* Denique uocem *ἀγρίαν* epitheton quod adpellant esse uictimae uel hostiae agendae putauerim. Ac cum Uenus Uulgiuaga, cuius diem festum in Colace celebrari Athenaeus l. s. tradit, a Scopa aliis ficta sit sedens in capro (cf. Paus. VI 25, 1 = II p. 523, 9 Hitzig-Blümner) et albas capras ei mactari sciamus (cf. Luc. dial. mer. 7, 1 Plut. Thes. 18 ex.), forsitan u. 18 ineunte interierit *τὴν αἶγα.* Sed cum testimonia, quibus etiam feras capras immolatas esse euincam, non possim adferre, in ipsum textum quem nuncupant illam coniecturam recipere dubito. Ad *τ]αινίαν* fortasse *λαβέ* potest suppleri: *λαβὲ τ]αινίαν.*[1]) Nec uero haec quis pronuntiet scire licet, sed de coco cogitaueris; qui cum fr. 292 seruo mandata deferat, hic quoque siue in scaena uersatus siue, id quod est probabilius, cum a foro per scaenam domum in qua conuiuium adparatur se conferat, seruo cuidam ut quae ad rem diuinam pertinent adornet imperare potest.

Iam cum de uersibus qui sequuntur, quae Leo recte fere exposuit ea repetere longum sit nec praeter incertas quasdam coniecturas[2]) habeamus quae proferamus, haec omnia mittere iuuat. Restat ut de scholio tertiae columnae adscripto breuiter dicam: '*Ἀστυάνακτος*'· *τοῦ Μιλησίου [Ἀσ]τυάν[ακτ]ος πολλοὶ σφόδρα [τ]ῶν κωμῳ⟨ι⟩διογρ{άφων}*[3]) *μέμν[ην]τ{αι}· ἐγένετο γ{ὰρ} παγκρατιαστ{ὴς} κρά[τ]{ιστος} [τῶ]ν καθ' αὑτόν· ἠγω[νί]σατο δ{ὲ} κ{αὶ} πυγμῆι. Ἐρατοσθένης δ' ἐ[ν τῶι] - τῶν Ὀλυμπιονικ{ῶν} προθεὶς ρις ὀλυμπι{άδα} φ{ησίν}· Ἀ[στ]υάναξ ὁ Μιλήσιος ς τὴν περίοδον ἀκονιτεί.*' Ex quo scholio

[1]) de hoc anapaesti genere cf. Bernhardi l. s. p. 286 No. II.

[2]) nisi quod uu. 20 sq. aliqua cum ueri specie suppleuimus, cf. p. 65.

[3]) his cancellis saepsimus eas litteras quas compendii causa omisit scholiasta.

Astyanactem in ea columnae parte quae non comparuit commemoratum esse intellegitur, nec tamen quid de eo dictum sit constat. Cuius multos poetas comicos mentionem fecisse quod scholiasta docet, ne unius quidem adhuc innotuit locus quo de eo agatur, neque omnino de eo quidquam est traditum nisi quae apud Athenaeum X p. 413a scripta uidemus: *Ἀστυάναξ ὁ Μιλήσιος τρὶς Ὀλύμπια νικήσας κατὰ τὸ ἑξῆς παγκράτιον κληθείς ποτε ἐπὶ δεῖπνον ὑπὸ Ἀριοβαρζάνου τοῦ Πέρσου καὶ ἀφικόμενος ὑπέσχετο φαγεῖν πάντα τὰ πᾶσι παρασκευασθέντα καὶ κατέφαγε.* Atque hunc Ariobarzanem eundem esse quem anno a. C. n. 367 Athenienses ciuitate donauerint[1]) Phrygiae satrapam censet Förster, 'Die olympischen Sieger bis zu Ende des 4. Jahrhunderts v. Chr.' (Progr. Zwickau 1891) p. 25. Quod si uerum esset, cena ad quam Astyanactem uocatum esse Athenaeus tradit non post annum 362, quo anno Ariobarzanes mortem obiit, facta esset, cf. Pauly-Wissowa, Realencyclopaedie s. u. Ariobarzanes 1) et 2) t. II col. 832 sq. Atqui Astyanax eo tempore quo ad cenam illam uocatus est, cum ter iam Olympia uicisset, non minus quam 32 fere annos natus fuisset. Atqui eundem ol. 116 i. e. anno a. Chr. n. 316 *περίοδον*[2]) quam Graeci uocant uicisse Eratosthenes docet. Ergo hac aetate, qua uictorias difficillimas rettulit, 32 + 46 annos natus id est senex annorum fere 78 fuisset. Quod cum uix sit credibile eum Ariobarzanem, qui hospitio Astyanactem exceperit, non fuisse satrapam illum, sed alterum quendam, de quo nihil praeterea sciamus statuendum est.

VII. VIII.
ΠΕΡΙΚΕΙΡΟΜΕΝΗ.

(*Πολέμων* Miles   *Δωρίς* Ancilla)

(Πολ·) Ἵν' ἐμαυτὸν ἀποπνίξαιμι ⌗ *(Δω·) μὴ δὴ [τοῦτό γε]*
(Πολ·) ἀλλὰ τί [π]οήσω, Δωρί;·) πῶς βιώ[σομαι],

u. 1: *μὴ δὴ [τοῦτό γε]* Weil, Journal des Savants 1900 janvier p. 48 sqq., Etudes sur l'antiquité Grecque p. 276 sqq. *μὴ δὴ [φλήναφα]* editores Britannici, Oxyrhynchus Papyri II No. CCXI (p. 11 sqq.) p. 15. u. 2: suppleuerunt Britanni.

---

1) cf. CIA II 94, Kirchner l. s. No. 1621 I p. 111.
2) cf. Pauly, Realencycl. s. u. *περιοδονῖκαι* t. V col. 1347.

ὁ τρισκακοδαίμων, χωρὶς ὢ[ν τῆς γλυκυτάτης];
(Δω·) ἄπεισιν ὥς σέ ⧺ (Πολ·) πρὸς θεῶν,·) οἷ[ον λέγεις].
(Δω·) ἐὰν προθυμηθῆ⟨ι⟩ς ἀκ[ει]⟨σθ⟩ʼ [ὅσʼ ἠδίκεις].
(Πολ·) οὐκ ἐνλίπο⟨ι⟩μʼ ἂν οὐθέν, εὖ τοῦ[τό γʼ ⧺ (Δω·) ἀπόχρη].
(Πολ·) ὑπέρευ λέγεις,·) βάδιζʼ,·) ἐγὼ ⟨δ⟩ʼ ἐλ[ευθέραν]
αὔριον ἀφήσω Δωρί ⟨σʼ⟩·) ἀλλʼ ὃ δε[ῖ ποεῖν]
ἄκουσον.·) εἰσελήλυθʼ.·) οἴμοι, [δεῖνʼ Ἔρως],
ὥς κ[α]τὰ κράτος μʼ εἴληφας. ἐ[φίλει δʼ ἡ κόρη]
ἀδελφόν, οὐχὶ μοιχόν.·) ὁ δʼ [ἀλάστωρ ἐγὼ]
καὶ ζηλότυπος ἄνθ[ρ]ωπος,·) α[ὐτὴν καταλαβὼν]

u. 3: τῆς γλυκυτάτης: τῆς φιλτάτης Britanni. u. 4: ἄπεισιν ὥς σέ Britanni cartae scriptura seruata ⟨ἐπάν⟩εισιν Weil. u. 5: *ΠΡΟΘΥ ΜΗΘΗΣ* carta: correxerunt Britanni. — ἀκ[εῖ]⟨σθ⟩ʼ [ὅσʼ ἠδίκεις] Marx, cf. p. 88 ἀκ[όπ]ως [ἄξω τάχα] Britanni ἀκ[άκ]ως, [γενήσεται] Weil ἀκ[ά-κ]ως [τοὐνθένδʼ ἔχειν] Wilamowitz, Gött. gel. Anzeigen 1900 No. 1 p. 32. u. 6: *ΕΝΛΙΠΟΜʼΑΝ* carta, correxerunt Britanni. οὐθέν, εὖ τοῦ[τό γʼ ⧺ (Δω·) ἀπόχρη]: εὖ τοῦ[τʼ ἴσθʼ (Δω·) ἰδού] Britanni. εὖ τοῦ[τʼ, ὦ φίλη] Weil οὐ⟨δ⟩έν, εὖ τοῦ[τʼ ἴσθʼ ὅτι] Wilamowitz. οὐθέν. (Δω·) εὖ τοῦ[τʼ ἀποτελῶ] Dziatzko, Fleckeis. Jahrb. f. klass. Philol. 27. Suppl. 1902 p. 123 sqq. p. 131 sq. u. 7—8: correxit Blass apud Britannos p. 18. *ΓΩΣʼΕΛ* (ε above) et *ΔΩΡΙ · ΑΛΛΟΔΕ* carta. u. 9: *ΕΙΣ ΕΛΗΛΥΘ · ΟΙΜΟΙ* carta [δεῖνʼ Ἔρως]: [φθονερʼ Ἔρως] Wilamowitz [θυμὲ θῦμʼ] Weil [Γλυκέριον] Britanni. u. 10: ἐ[φίλει δʼ ἡ κόρη]: *ΜʼΕΙΛΗΦΑΣΕ* carta ε[ἰσεδέξατο] Wilamowitz ε[ἰδέναι παρῆν] Britanni ε[ἰδέναι μʼ ἔδει] uel ε[ἰδέναι μʼ ἐχρῆν] Herwerden, Mnemos. XXVIII 1900 p. 121. ἐ[δέχεθʼ ἡ κόρη] Weil ε[ἰδέναι με χρῆν] Dziatzko. ε[ἰσορᾶν με χρῆν] *Παπαβασιλείου* in Ἀθηνᾶ XIV 1902 p. 138 sqq. u. 11: suppleuerunt Britanni conlato Men. fr. 862 K. CAF III p. 229 quod fragmentum huius fabulae esse Meineke CGF IV p. 186 diuinauerat. u. 12: α[ὐτὴν καταλαβὼν]: ἀ[λογίστως πάνυ] Weil ἀ[δικεῖσθαι δοκῶν] Wilamowitz α[ὐτὴν ὑπονοῶν] Herwerden. ἄ[νδρʼ ἰδὼν νέον] Dziatzko ἄ[κρατον πιὼν] *Παπαβασιλείου* ἀ[φρονε-

εὐθὺς ἐπαρῴ⟨ι⟩νουν, τοιγαροῦ[ν ἀπηγχόμην]
ἐξέρχ.
Δωρίς καλῶς ποῶν.·) τί ἐστι, Δωρὶ φιλ[τάτη];
(Δω·) ἀγαθά.·) πορεύσεθ' ὡς σέ. ⁜ (Πολ·) κατεγέλ[α γέ σου].
(Δω·) μὰ τὴν Ἀφροδ[ί]την, ἀλλ' ἐνεδύετ[ο στολήν].
ὁ πατὴρ ἐπεξ[ήτ]αζε· χρῆν σε νῦν τα[χὺ]
εὐαγ⟨γ⟩έλια τῶ[ν] γεγονότων ποθ[ουμένων]
[θύειν] ἐκ[είνης] εὐτυχηκυίας [τόδε].
(Πολ·) νὴ τὸν Δί',·) ὀρθῶς γὰρ λέγεις. ὁ δ[ιακονῶν]
μάγειρος ἔνδον ἐστί··) τὴν ὗν θ[υέτω].
Δω· κανοῦν δὲ ποῦ;·) καὶ τἄλλ' ἃ δεῖ; ⁜ (Πολ·) κα[νοῦν μὲν οὖν]
ὕστερον ἐνάρξετ'.·) ἀλλὰ ταύτην σφ[αττέτω].
μᾶλλον δὲ κἀγὼ ⟨σ⟩τέφανον ἀπὸ βω[μοῦ ποθεν]

στέρως] Setti, Atti e Memorie della R. Academia in Padova 16, 1900 p. 160 adn. 4. u. 13: ἀπηγχόμην Wilamowitz ἀπωλόμην Britanni u. 14: suppleuerunt Britanni; in margine adnotatum est ἐξερχ / δωρις ad u. 15. — u. 15: *ΠΟΡΕΥΣΕΘΩΣ* — suppleuerunt Britanni. u. 16: [στολήν]: [στατόν] Britanni. u. 17: τα[χὺ] Herwerden: *Π* uel *Τ*, tum *Α* uel *Δ* uel *Λ* carta πά[λαι] Britanni τά[χα] Dziatzko τ⟨ε⟩[λεῖν] Weil πλ[έον] Setti. u. 18: *ΕΥΑΓΕΛΙΑΤΩ*[.]*ΓΕΓ* carta, in qua litteras *ΤΩ*[.]*ΓΕΓ* etiam *ΠΡ*[.]*ΤΟΣ* esse posse Britanni indicant. τῶ[ν] γεγονότων ποθ[ουμένων] Britanni ποθ[ουμένους] et 19 in. [φίλους] Weil. u. 19: [θύειν] Britanni *ΕΥΤΥΧΗΚΥΙΑΣ* a correctore in *ΕΥΤΥΧΗΚΥΙηΣ* mutatum est. [τόδε] Britanni [ποτέ] Weil. u. 20: post *ΛΕΓΕΙΣ* spatium intermisit librarius; paragraphum post hunc uersum positam deleuit corrector cf. Britan. p. 18 sq. ὁ δ[ιακονῶν]: ὁ δ'[ἀπ' ἀγορᾶς] Wilamowitz ὁ δ[ὴ πάρα] Weil ὁ δ' [ἀπὸ τύχης] uel ὁ δ' [ἀπ' ἀγορᾶς] Herwerden ὁ δ[ηλαδὴ] Dziatzko non sine dubitatione ὁ δ' [εὐτρεπὴς] Setti ὁ δ' [οὖν ἐμὸς] Piccolomini, Atene e Roma III col. 50. u. 21—23: suppleuerunt Britanni u. 22: in margine δω. *ΤΑΛΛΑΔΕΙ*:, tum *Σ* a librario deleta. personarum mutatio et duobus punctis positis et paragrapho notatur. u. 24: βω[μοῦ ποθεν] Britanni βω[μοῦ θεοῦ] Weil.

ἀφελὼν ἐπιθέσθαι βούλομα[ι. ⁜ (Δω·)] πιθα[νώτερος]
πολλῶ⟨ι⟩ φανεῖ γοῦν. ⁜ (Πολ·) ἄγετε [τὴν ὗν τοῖς θεοῖς].
(Δω·) καὶ μὴν ἔμελλεν ἐξιέναι δ[ὴ χὠ πατήρ].
(Πολ·) αὐτός; ·) τί γὰρ πάθη⟨ι⟩ τις; ·) ὦ τά[λας ἐγώ].
ἔ[ξεισ'], ἄκο[υσον Δωρ]ί, [τ]ὴν θ[ύ]ραν [ψοφεῖ].
(Δω·) εἴσειμι καὐτὴ σ[υ]μποήσουσ' [Ἄνθρακι].

(Πάταικος — Γλυκέρα
Senex — Mulier.)

(Πατ·) πάνυ σου φιλῶ τὸ '[σ]υνδιαλλαχ[θήσομαι]'.
ὅτ' εὐτύχηκας, ·) τότε δέ[χεσθ]αι τὴν δί[κην],
τεκμήριον τοῦτ' ἔστ[ιν Ἑλλ]ηνος τρ[όπου].
ἀλ[λ' ἐκκ]αλείτω τις ⟨δ⟩[ραμὼ]ν αὐτ[ὸν ταχύ].

u. 25: suppleuerunt Britanni. u. 26: ΠΟΛΛΩΦΑΝΕΙΓΟΥΝ (superscr. ν, ης) superscripta uaria lectione cf. p. 97 sq. — ἄγετε [τὴν ὗν τοῖς θεοῖς]: post ΑΓΕΤΕ trium fere litterarum spatio intermisso Ξ discernere sibi uidebantur Britanni, cuius litterae in tabula nullum extat uestigium. ἄγετε [δὴ ἔ]ξ[ω τὴν κόρην] Weil [πρᾶ]ξ[αι ταῦτα δεῖ] uel [πρά]ξ[ατ' ἅττ' ἐρῶ] Dziatzko [δεῦρο τὴν ξένην] Setti [νῦν εἰς Γλυκερίου] Παπαβασιλείου [τὴν ὗν ἐν τάχει] Piccolomini. u. 27: suppleuerunt Britanni ΕΜΕΛΛΕΕΞΙΕΝΑΙ (superscr. ν) carta. u. 28: ΠΑΘΗΤΙΣ: ΩΤΑ et paragraphus post hunc uersum posita: carta. εἰσέρ{χεται} [Πολέμων] quod supra ΩΤΑ scriptum est, ei qui sequitur uersui adscribendum erat, ueluti id quod ad u. 14 pertinet, in carta ad 15 adnotatum est. ὦ τά[λας ἐγώ] Dziatzko ὦ τά[λαιν' ἐγώ] Britanni ὦ τά[λαν, τί δρᾷς] Herwerden. u. 29: Ε . . . . . ΑΚΟΝΤΟΣΕ . Ι[[.]]ΗΝΘ[ ]ΡΑΝ (superscr. ν) carta, sed cum omnes litterae tum ΝΤΟΣΕ prorsus incertae; paragraphus post hunc uersum posita deleta esse uidetur a correctore. ἔ[ξεισ']: ε[ἴσειμ'] Piccolomini. u. 30: Σ[.]ΜΠΟΗΣΟΥΣ' carta — [Ἄνθρακι]: [εἴ τι δεῖ] Britanni. u. 31: suppleuerunt Britanni. u. 32: δέ[χεσθ]αι Dziatzko δε[δέχθ]αι Britanni δὲ [λῦσ]αι Weil. u. 33: suppleuerunt Britanni. u. 34: ἀλ[λ' ἐκκ]αλείτω τις Britanni ⟨δ⟩[ραμὼ]ν Weil

Prodit *Πολέμων* miles.

[Πο]λέ^{μ}· ε[ἰσῆλθον· ἀ]λλ᾽ ἔθυον [ὑ]πὲρ εὐ[πραξίας]
[Γλυκέραν ὕπ]αρ εὑρηκ[υ]ῖαν, οὓς [οὐδ᾽ εἶδ᾽ ὄναρ,]
π[υθό]με[νο]ς. # (Πατ·) ὀρθῶς γὰρ λέγεις· [ὀρθῶς δ᾽ ἐγὼ]
[μ]έλλω λέγειν, ἄκουε··) ταύτην γν[ησίων]
παίδων ἐπ᾽ ἀρότωι σοι δίδωμι # (Πολ·) λ[αμβάνω].
(Πατ·) καὶ προῖκα τρία τάλαντα. # (Πολ·) καὶ καλῶ[ς τάδε].
(Πατ·) τὸ λοιπὸν ἐπιλαθοῦ στρατιώτης [ὤν, ὅπως]
προπετὲς ποήση⟨ι⟩ς μ[η]δὲ ἓν [Γλυκέραν πάλιν].
Πολ^{ε}· Ἄπολλον, ὃς καὶ νῦν ἀπ[ό]λωλα πα[ρ᾽ ὀλίγον],
πάλιν τι πράξω προπετ[έ]ς; οὐδὲ μ[ήποτε],
Γλυκέρα,·) διαλλάγηθι, φιλτάτη, μό[νον].
[Γλυ]κ^{ε}· νῦν μὲν γὰρ ἡμῖν γέγονεν ἀρχὴ [πραγμάτων]
ἀγαθῶν τὸ σὸν πάροινον· # (Πολ·) ὀρθῶ[ς, ὦ φίλη].

Α[.....]ΝΑΥΤ carta *⟨Π⟩[ολέμω]ν᾽* Herwerden *αὐτ[ὸν ταχύ]* Herwerden *αὐτ[ὸν τάχα]* Weil, Piccolomini *⟨δ⟩[όμω]ν αὐτ[ὸν τάχα] Παπαβασιλείου.* u. 35: *ε[ἰσῆλθον· ἀ]λλ᾽* Weil *ε[ἴμ᾽ ἐνθάδ᾽· ἀ]λλ᾽* Britanni. u. 36: suppleuerunt Britanni. u. 37: *[ὀρθῶς δ᾽ ἐγὼ]*: *[ὀρθῶς ἐγὼ]* Weil *[ἃ δ᾽ οὖν ἐγὼ]* Britanni; personarum mutatio et punctis positis et paragrapho indicatur cf. u. 22. — *Σ: ^{παταικ}ΟΡΘΟΣ ΓΑΡΛΕΓΕΙΣ* carta. u. 38 sq.: suppleuerunt Britanni. u. 40: *καλῶ[ς τάδε]*: *καλῶ[ς τόδε]* Weil *καλῶ[ς γ᾽ ἔχει]* Britanni. u. 41: suppleuerunt Britanni. u. 42: *ΠΡΟΠΕΤ[[$\overset{ε}{Ω}$]]ΣΠΟΙΗΣηΣ* carta. *[Γλυκέραν πάλιν]*: *[τοὺς σοὺς φίλους]* Weil *[πάμπαν ἔτι]* Setti *[τὴν παῖδά μου]* Vitelli, Atene e Roma III 1900 col. 52 adn. 2 *[εἰς τὴν θυγατέρα]* Dziatzko *[ποθ᾽ ὕστερον]* Herwerden. u. 43: suppleuerunt Britanni. u. 44: *μ[ήποτε]* Britanni *μ[ὴν ὄναρ]* Weil. u. 45: suppleuerunt Britanni *ΓΛΥΚΕΡΑΙ — ΦΙΛΤΑΤΗΙ* carta. u. 46: suppleuerunt Britanni. u. 47: post *ΑΓΑΘΩΝ* perperam interpunxit librarius. *ὀρθῶ[ς, ὦ φίλη]* Weil *ὀρθῶ[ς, νὴ Δία]* Britanni.

(Γλυκε·) διὰ τοῦτο συγγνώμης τετύχηκα[ς ἐξ ἐμοῦ].
(Πολ·) σύνθυε δή, Πάταιχ', ⁜ (Πατ·) ἑτέρους ζη[τητέον]
ἐστὶν γάμους μοι· τῶ⟨ι⟩ γὰρ ὑῶ⟨ι⟩ λαμβά[νω]
τὴν τοῦ Φιλ⟨ί⟩νου θυγατέρ' ⁜ (Πολ·) ὦ Γῆ [καὶ θεοί]

u. 48—50: suppleuerunt Britanni; paragraphum post u. 49 positam non recte
πολ^ε εισισι παται^κ
deleuit corrector. u. 49: *ΠΑΤΑΙΚΕ : ΕΤ[[ΑΙ]]ΡΟΥΣΖΗ* (ε above Α) carta. u. 51: *ὦ Γῆ [καὶ θεοί]*: *ὦ γῆ [καὶ θεοί]* Britanni *ὦ γῆ [φιλτάτη]* Dziatzko *ΦΙΛΕΙΝΟΥΘΥΓΑΤΕΡ' · ΩΓΗ* carta.

Priusquam ad hos ipsos uersus tractandos adgrediamur, quae antequam innotuerint hac de fabula *Περικειρομένη* quae dicitur (cf. Britanni l. s. p. 11 sq.) cognita habuerimus paucis explanare e re esse uideatur. Quem ad finem quamuis ex ipsis huius fabulae uersibus a rerum scriptoribus antiquis laudatis (cf. Kock CAF III p. 111 sq. fr. 391. 392.) nihil percipiamus, tamen e non nullis ueterum testimoniis (cf. Kock l. s.) haec fere didicimus: Polemo miles quidam in uim uiolentiamque praeceps ira incensus atque aemulatione mulierculae, cui Glycerae nomen esse Scaliger felicissima olim inuenerat coniectura, nunc e carta u. 45 adparet, capillos gladio[1]) destricto detondet, id quod turpissimae est ignominiae ac dedecori foedissimo.[2]) Cuius flagitii paullo post maxime eum paenitet cf. Philostr. Ep. 16 in p. 472 Herch. *οὐδ' ὁ τοῦ Μενάνδρου Πολέμων καλὸν μειράκιον ἀπέκειρεν ἀλλὰ αἰχμαλώτου μὲν ἐρωμένης κατετόλμησεν ὀργισθείς, οὐδ' αὐτὴν ἀποκείρας ἠνέσχετο — κλαίει γοῦν καταπεσὼν καὶ μεταγιγνώσκει τῶι φόνωι τῶν τριχῶν.* Atque haesit Kock l. s. in uerbis *αἰχμαλώτου ἐρωμένης*: 'Ceterum, inquit, animaduertendum quam Agathias (Anthol. Pal. 5,218) *ἄλοχον* uocat, apud Philostratum esse puellam captiuam.' Nec tamen ulla erat difficultas. De uxore enim legitima, quae est uis uocis *ἄλοχος*, per se uix poterat cogitari propterea quod matronae in tota noua quam adpellant comoedia, si omnino inducuntur, nunquam fere[3]) agunt partes egregias nedum primarias. Atqui eandem

[1]) cf. codicis Bembini in Ter. Eun I 1, 16 (u. 61) scholion, quod edidit Umpfenbach, Herm. II 1867 p. 344: 'uidetur Detonsa[m] Peric⟨eir⟩omenen Menandri ⟨tan⟩gere ('quagere' cod. corr. Umpfenbach): in qua fabula miles suspicione percussus adulterii gladio amatae amputat c[ri]nes.'

[2]) cf. Meineke CGF IV p. 186.

[3]) una Plauti Sticho excepta.

uocem ἄλοχος etiam idem esse ac 'paelex' ex Homeri duobus uersibus poterat cognosci: ι 41 ἐκ πόλιος δ' ἀλόχους καὶ κτήματα πολλὰ λαβόντες et *I* 336, quo uersu Achilles de Agamemnone qui Briseidem tentorio coercet ἔχει δ' ἄλοχον dicit. Ergo re uera Agathiam et Philostratum inter se non differe manifestum erat, sed Glyceram et puellam captiuam et paelicem esse. Ac si tamen quisquam dubitare non desierit, cartae uersibus 37 sqq. ubi datur demum illa in matrimonium, res absoluitur.

Iam ad ipsa Menandri uerba transeam et, ne longus sim, quae a uiris doctis supra commemoratis certis argumentis comprobata sunt iterum ab ouo explanare nolim. Ac prima quidem quae extat scaena Polemonem quem flagitii in amicam commissi uehementissime paeniteat, cum ancilla sua Doride conloqui editores Britannici recte ostenderunt. Nec potest oriri dubitatio, quin loci condicio ac natura sit eadem de qua Philostratus agit uerbis supra scriptis. Nam uideas u. 1: ἵν' ἐμαυτὸν ἀποπνίξαιμι 'ut me suspendam, suspenderem,' inquit Polemo. Dissuadet Doris μὴ δὴ — —. Quem ad uersum restituendum editores φλήναφα proposuerunt per se non male e Menandri dictione depromptum; sed cum hoc uerbo uti ancillam, quae cum ero conloquatur minus deceat — nihil enim est quo procacem eam esse demonstretur — malim Henrici Weil supplementum τοῦτό γε recipere, cf. Soph. Philoct. 763 μὴ δῆτα τοῦτό γε. Nec non simile aliquid mente agitasse in Menandri Adelphis adulescentem testis est Donatus cum ad Ter. Adelph. 274 sq. haec adnotat 'Menander mori illum uoluisse fingit, Terentius fugere.' Atque etiam in Plauti Pseudolo Calidorus adulescens amissa amica mortem sibi consciscere studet u. 349

'Ei gladium adfer ⫩ Quid opus⟨t⟩ gladio? ⫩ Qui ⟨et⟩[1]) hunc occidam atque me.'

Neque aliam atque his adulescentibus fuisse Polemoni causam, qua causa ut mortem sibi consciscere constitueret permoueretur, et per se est probabile et ex eis quae carta seruantur efficitur. Respondet enim Polemo

ἀλλὰ τί [π]οήσω Δωρί; πῶς βιώ[σομαι]
ὁ τρισκακοδαίμων, χωρὶς ὤ[ν] — —

Quodsi uiuere sine aliquo homine sese posse negat, de quonam eum cogitare arbitremur nisi de muliercula quadam amata, scilicet de ea quacum infra u. 38 sq. legitimis coniungitur nuptiis? Iam

---

[1]) Quae coniectura maiorem forsitan prae se ferat ueri speciem quam uirorum doctorum coniecturae, cf. Plaut. Most. 813 sq.:

'intellego:
Et bene monitum duco atque ⟨es⟩se existumo humani ingeni.'

quae sit rerum condicio atque discrimen, patet: amica illum, quippe qui se capillis priuarit, iusta ira incensa repudiauit et in aedes aliquas in scaena conspicuas, e quibus infra progreditur, refugit. Quare miles sine illa se uiuere non posse arbitratus de uita desperat. Bene igitur editores sic uersum suppleuerunt *χωρὶς ὧ[ν τῆς φιλτάτης]*; sed praeferendum est fortasse *τῆς γλυκυτάτης* (cf. Apollod. Car. fr. 5, 13 K. CAF III p. 281 Men. fr. 461 K. CAF III p. 132) ut adnominatione quam dicunt Glycerae nomen significetur.

u. 4. Doris erum consolatur optimo nuntio adlato: *ἄπεισιν ὡς σέ* 'abibit ad te' sc. Glycera amica. Quod Weil mutauit magis quam explicauit cum uertit 'elle reviendra près de toi' et hanc redeundi significationem ut efficeret scripsit *⟨ἐπάν⟩εισιν*, quasi idem ac 'reuerti' *ἄπειμι* ualere non posset. Id sane est concedendum solere homines Graecos *πάλιν* similia adponere. Ille igitur, si offendebat in *ἄπεισιν*, seruatis eis quae sunt tradita uerbis poterat in uersu qui antecedit conicere *χωρὶς ὧ[ν Γλυκέρας (Δω·) πάλιν]*. Nec tamen id necesse est, dum modo ipsa ea quae sunt tradita recte interpretemur: *ἄπεισιν ὡς σέ* 'abibit ad te' nempe inde ubi nunc uersatur, id quod, cum illa antea apud eundem fuerit, non multum ab eo differt quod Weil sic expressit 'elle reviendra près de toi'. Haec cum Doris polliceatur, necesse est statuamus eam a Glycera ut in gratiam cum Polemone redeat iam impetrasse. Habuit igitur cum illa sermonem; in quo sermone quas dixerit condiciones uersu 5 indicatum esse docet Wilamowitz l. s. p. 32 adn. 2, et recte quidem, quia nisi hoc factum esset, u. 6 *οὐκ ἐνλίπο⟨ι⟩μ' ἂν οὐθέν*[1]) sensu careret. Id solum agitur quae fuerit illa condicio. Atque

---

[1]) Meisterhans l. s. p. 258 sq. comprobauit iis temporibus quibus Menander comoedias conscribere coepit, *οὐδείς* similia in inscriptionibus — quas qui scalpebant formas cottidiana scribendi ratione diu mutatas integras tenere non raro solebant — multo minus fuisse in usu quam *οὐθείς* similia, neque usquam inueniri post annum a. C. n. 300, ubique uero praeferri imperatorum Romanorum aetate; qua aetate omnino antiquiores uocabulorum formas obliuione diu oppressas ad lucem protrahebant. Itaque inter *οὐθεὶς* et *οὐδεὶς* eadem intercedit ratio quae inter *ποεῖν* et *ποιεῖν*: ubicunque in codicibus uel cartis Menandreis *οὐδείς* occurrit, librarii suae aetatis consuetudinem secuti sunt; ipsius Menandri scriptura temporis atque corruptelarum superauit iniquitates, ubi scriptum uidemus *οὐθείς* ueluti hisce locis:

fr. 261,1	K.	CAF III	p.	76 =	Stob. Flor.	76,11	*οὐθείς* codd. A B.
„ 284,1	K.	„	„	81 =	„ „	9,19	*μηθέν* cod. A.
„ 290,1	K.	„	„	82 =	„ „	86,10	*οὐθέν* codd.
„ 294,1	K.	„	„	84 =	„ „	10,21	*οὐθείς* cod A, Colacis carta u. 42.
„ 306,1	K.	„	„	87 =	„ „	108,48	*μηθείς* codd.
„ 325,5	K.	„	„	94 =	„ „	105,10	*οὐθέν* codd. praeter B omnes.
„ 463	K.	„	„	133 =	„ „	9,20	*μηθέν* cod A.
„ 532,3	K.	„	„	156 =	„ „	72,2	*μηθέν* codd.

extant in carta hae litterae *ΕΑΝ ΠΡΟΘΥΜΗΘΗΣΑΚ*; sequuntur duarum fere litterarum spatio interiecto duarum reliquiae quas *ΩΣ* fuisse dicunt Britanni, quas tamen *ΣΘ* sim. fuisse quicunque tabulam quam addiderunt inspexerit non negabit. Quod editores *ἐὰν προθυμηθῇ⟨ι⟩ς*[1]) uerterunt 'If you are set on it' et suppleuereunt *ἀκ[όπ]ως [ἄξω τάχα]* 'I will bring her at once without any trouble': si hanc uim habet *προθυμεῖσθαι,* semper sequitur *ὅπως* — — siue infinitiuus; absoluti quem uocant usus nullum suppetit exemplum. Atque eadem oboritur difficultas si cum Henrico Weil facimus qui *ἐὰν προθυμηθῇ⟨ι⟩ς ἀκ[άκ]ως, [γενήσεται]* 'si tu y mets de la bonne-volonté sans arrière-pensée, cela se fera': huius quoque usus desunt exempla. Quare rectius Wilamowitz scripsit *ἐὰν προθυμηθῇς ἀκ[άκ]ως [τοὐνθένδ' ἔχειν.]* At ne hoc quidem in textum quem adpellant recipere uolui. Nam totius quaestionis quasi cardo hic est: *ἀκάκως* in offensionem incurrit. Ut enim Polemo respondere possit *οὐκ ἐνλίπο⟨ι⟩μ' ἂν οὐθέν* u. 6 necesse est ab eo non solum ut iniuria abstineret esse postulatum, uerum etiam ut praestaret aliquid boni. Neque omnino si quis iniuriam alicui intulit non repetere iniuriam satis est, sed satis facere debet qui laesit. Itaque et ad uerborum perpetuitatem et Menandri dictionem satis breuem ac concisam optime quadrat quod Fridericus Marx obiter in scholis proposuit *ἀκ[εῖ]⟨σθ⟩' [ὅσ' ἠδίκεις]*, cf. Plat. rep. II p. 364 B, C *εἴ τέ τι ἀδίκημά του γέγονεν αὐτοῦ ἢ προγόνων, ἀκεῖσθαι μεθ' ἡδονῶν τε καὶ ἑορτῶν* e. q. s.; apud ipsum Menandrum uerbum *ἀκεῖσθαι* propria significatione usurpatur *ἱμάτιον ἀκούμεθα* fr. 864 K. CAF III p. 229.

---

fr. 670,1	K.	CAF III	p. 195	= Stob. Flor.		107,1	*οὐθέν* codd. praeter Voss. Hens.
„ 732,2	K.	„	„ 207	= „	„	53,6	*οὐθείς* codd.
„ 783	K.	„	„ 217	= „	„	33,2	*οὐθέν* praeter Urb. Meyer.
„ 784	K.	„	„ 217	= „	„	37,1	*οὐθείς* codd. praeter A et Voss.[1]
„ 179	K.	„	„ 52	= „	„	108,57	*οὐθέν* A.
„ 918	K.	„	„ 239	= Etym. magn.		640, 13	*οὐθέν*
„ 245,1	K.	„	„ 70	= Iustin. de mon.		p. 107 c (ed. III. Otto t. II p. 144)	*οὐθείς*
„ 531,12	K.	„	„ 155	= Plut. Mor.		103 D.	*οὐθέν* ubi *οὐδέν* Bernadakis.

Colacis carta u. 85 *μηθέν.* Haec quanti momenti sint ad Ioannis codices recensendos adhuc nescio, sed inde quod Stob. Flor. 37,1 in Uossiano altera manu *οὐθείς* scriptum est, eum qui hunc codicem emendauit ante oculos habuisse alterum quendam codicem diligenter ex archetypo depictum manifestum est.

[1]) de *ι* muto cf. Crönert l. s. p. 43 et 40. In cartis quae Menandrearum continent fabularum fragmenta deest *ι* mutum coniunctiuo Peric. 28 *ΠΑΘΗ,* datiuo: Peric. 26 *ΠΟΛΛΩ* 50 *ΤΩ ΥΩ* Georg. 4 *ΑΓΡΩ* 12 *ΔΥΣΦΕΥΚΤΩ ΚΑΚΩ* 51 *ΤΩ ΓΕΡΟΝΤΙ* 55 *ΑΥΤΩ* 66 *ΤΩ ΒΙΩ* 87 *ΤΟΥΤΩ*, augmento: Peric. 13 *ΕΠΑΡΩΝΟΥΝ* Colax 62 *ΑΝΗΡΗΚΑΝ*. Quod Georg. 54 *ΓΡΑΪΔΙΟΝ* scriptum est pro *γράιδιον* cf. p. 43 sq.

Iam de u. 6 exeunte non prius erit disputandum, quam quid de eo qui sequitur sit iudicandum inuenerimus. Posuit enim idem librarius qui super u. 6 paragrapho posita personarum mutationem recte notauit infra quoque idem signum. Atqui quae extant u. 7—8 uerba nullius esse possunt nisi eri i. e. Polemonis, qui etiam u. 6 pronuntiat. Ergo, ut paragraphi habeamus rationem, mutilatum uersus 6 exitum ancillae tribuamus, ita ut aut inde ab *EYTOY* illius uerba incipiant, — id quod per cartam licere Britanni adfirmant, — aut in ipsa lacuna. Hac uia progressi editores Britannici suppleuerunt *εὖ τοῦ[τ' ἴσθ' ⫩ (Δω·) ἰδού]* et interpretati sunt 'be sure of that. Do: I'm off'. Sed cum supra *ἀκόπως ἄξω τάχα* improbauerimus, hic *ἰδού* quod spectet ad illa uerba, recipere non possumus. Quae uox ubicunque legitur — non dico de iis locis ubi non nisi primariam habet notionem — semper ab aliquo pronuntiatur, qui aut mandatum modo acceperit cf. Aristoph. Eq. 120 sq. *δός μοι, δὸς τὸ ποτήριον ταχύ ⫩ ἰδού.* Eq. 156 sq. 971 sq. 1161. Nub. 81 sq. 225 sq. 635 sq. 823 sq. Ach. 582 sq. Ran. 200 sq. 1378 sq. 1390. Uesp. 1169 sq. aut daturus sit cf. Aristoph. Eq. 909 *ἰδοὺ δέχου κέρκον* Eq. 723 sq. Ach. 434, 366 Ran. 483 Uesp. 806 aut quae sit facturus disertis uerbis explanet cf. Aristoph. Eq. 1166 *ἰδοὺ φέρω σοι τήνδε μαζίσκην ἐγώ.* Ac si quis tale aliquid hic opus esse addi neget, quia abeundo quid uelit satis dilucide demonstret: habeat sibi. At cur tandem Polemo, si iam nunc ista abeat, u. 7 *βάδιζ'* dicat obscurum est. Immo, ne nunc quidem abit illa, sed u. 9 demum scaena egreditur. Quae cum ita sint, mittamus hanc coniecturam et quo modo res sententiaeque inter se conexae sint consideremus: u. 5 Doris nuntiat qua condicione Glycera militi reconciliari uelit. Eandem oportet, postquam ille condicionem subiit *οὐκ ἐνλίπο⟨ι⟩μ' ἂν οὐθέν* pollicitus, nunc adfirmare id quod ille promiserit sufficere nec quidquam quin illa reuertatur esse impedimento. Aptissimum igitur esset, quod Dziatzko altera uerborum distribuendorum ratione supra commemorata usus coniecit *εὖ τοῦ[τ' ἀποτελῶ]*, nisi alia res accederet. Adnotauit enim sagacissime Weil: 'il me semble assez évident qu'il y avait entre *εὖ* et *ὑπέρευ* un rapport de gradation'; sed minus bene supplet *εὖ τοῦ[τ', ὦ φίλη]* neglecta paragrapho quam seruandam esse ostendimus. Coniciamus igitur aliquid a Doride dictum quo miles ut maioribus etiam laudibus eam efferat commoueatur, ut fortasse

εὖ τοῦ[τό γ' ⫩ (Δω·) ἀπόχρη]

cf. Aristoph. Au. 1603 *ἐμοὶ μὲν ἀπόχρη ταυτα.* Quodsi eius quem suppleuimus uersus numeri minus eleganter uidentur esse compositi, uelim conferas Men. fr. 481, 6 CAF III p. 138

ὄψει παρόντα κἂν ἐνιαυτοὺς σφόδρ' ὀλίγους.

Atque ipsae sententiae sic inter se excipiunt: Miles laudat condicionem et cum ancilla responsura sit 'iam satis est quod promisisti' interfatur et summo gaudio exsultans auget laudes uu. 7 sqq. . . . . . quos Britanni sic ediderunt:

ὑπέρευ λέγεις, βάδιζ', ἐγὼ ⟨δ'⟩ ἐλ[ευθέραν]
αὔριον ἀφήσω, Δωρί ⟨σ'⟩[1]) . ἀλλ' ὃ δε[ῖ λέγειν]
ἄκουσον.

In his uersibus ἐλ[ευθέραν] | — ἀφήσω sine dubio uerum est, praesertim cum manumissio quae dicitur non raro occurat in nouae comoediae fabulis cf. Plaut. Epid. 726 sq. Aul. 824 sqq. Merc. 152 sq. Mil. Glor. 1194). Sed minus placet uerbum λέγειν ne unius quidem uersus spatio intermisso iteratum. Itaque fortasse rectius scribemus ποεῖν, quod bene ad orationis contextum quadret. Polemo enim ancillam cuius fidei operaeque gratiam referat sese manu missurum pollicetur, tum abire iubet. Sed dum illa domum intrat, nescio quid ei mandare oblitus[2]) frustra reuocare conatur: εἰσελήλυθ'. u. 9. Tum solus in scaena remanet ac, qua in rerum condicione uersetur et cur in hunc statum sit redactus cum deliberet, iracundiae ac uiolentiae meminit cf. u. 9 sqq. Bacchica enim insania atque ζηλοτυπίαι quam Graeci dicunt quasi obcaecatus amicam uiolauit, id quod e fabulae argumento quale nouimus apertum est. Ac causam huius aemulationis e uersu 11 ἀδελφὸν οὐχὶ μοιχόν cognosces: Cum a conuiuio quodam[3]) redisset, inuenit illam cum adulescente quodam familiariter conloquentem. Quem qui re uera esset frater adulterum esse ratus tanto est inflammatus furore, ut capillos amicae recideret. His fundamentis iactis cetera sunt supplenda. Ac primum quidem quaeritur, quis 'tanto opere eum ceperit' ὡς κατὰ κράτος μ' εἴληφας. [Γλυκέριον] quod editores scripserunt, recte Wilamowitz p. 32 adn. 3 reppulit. Adpellari enim deum aliquem siue Amorem siue Fortunam alios docet. Quodsi proposuit [φθονέρ' Ἔρως], Amor quantum uideo hoc epitheto non ornatur; quapropter praeferendum esse uidetur [σχέτλι' Ἔρως] uel [δεῖν' Ἔρως]. cf. Bruchmann, 'Epitheta deorum quae apud poetas Graecos leguntur' p. 113^a 116^a.

---

[1]) Traditum hiatum Dziatzko sic defendit: 'Der Hiat ist vielleicht durch die Caesur, die starke Interpunktion, zumal nach einem Vokativ, und durch die Natur des unelidierbaren ι genügend entschuldigt.' Quod proptera non crediderim, quia ne unum quidem adferri potest exemplum et hiatus lenissima correctura tollitur.

[2]) cf. quae de egregia poetae in eius indole breuiter describenda arte exposuit Wilamowitz l. s. p. 33.

[3]) cf. u. 47 τὸ σὸν πάροινον. Ribbeck, Alazon p. 39 e bello eum subito redisse olim putauerat.

Deinde u. 10 editores suppleuerunt ε[ἰδέναι παρῆν] nec non similia Herwerden ac Dziatzko, satis obscure; nam quo modo ille Glycerae fratrem cognouerit non uideo (cf. Weil: 'tournure plus qu'obscure'). Sed dici expectes illum fratrem militis domi uersatum esse inuitatum, hospitio receptum, similia. Itaque ε[ἰσεδέξατο], quod Wilamowitz scripsit, probaremus si ullum comicorum testimonium indagare possemus. Henrici Weil supplementum autem ἔ[δέχεθ' ἡ κόρη] proptera displicet, quia huius uerbi imperfectum tempus minus bene quadrat. Sed paullo longius repetamus necesse est. Frater ille Glycerae, Pataeci qui infra inducitur filius, nisi fuit amator, cur omnino se contulit ad illam? Nempe nulla de causa nisi quam Dziatzko l. s. p. 129 agnouit: Pater ipse eum misit, ut de filia olim amissa uel exposita aliquid exquireret e Glycera, quam ex eadem urbe ubi illa quasi euanuerat captam miles abduxerat. Restat tamen una difficultas. Polemo Pataeci filium moechum esse uix poterat tam celeriter sibi persuadere,[1]) nisi in conloquendo ita, ut aliquid suspicionis moueretur, sese gerebant et Glycera et ille, siue amplexabantur siue osculabantur siue alia quae sunt huius generis faciebant: cf. Plaut. Mil. Glor. 175 sqq. 288 sqq. Quo argumento usi forsitan optimo iure scribendum esse arbritremur

ἔ[φίλει δ' ἡ κόρη]

ἀδελφόν, οὐχὶ μοιχόν. cf. Men. fr. 536 K. CAF III p. 159 u. 9 sq.

ἐγὼ δ' ἅπαξ

ἁψάμενός εἰμι καὶ φιλήσας ἐν βυθῶι.

cf. Eunic. fr. 1 K. CAF I p. 781.

λαβοῦσα τῶν ὤτων φίλησον τὴν χύτραν.

Quaeritur nunc num iam tum sororem frater agnouerit. Quod factum non esse intelleges, cum haec deliberaueris: Glycera capillis orbata fugit Pataeci uicini domum; unde postea cum ipso illo filia recognita reuertitur. Neque dubium est, quin in capite detonso pater cicatrice quadam uel nota genetiua conspecta filiam agnouerit, quia aliter cur poeta illud περικείρειν tanti aestimarit ut inde comoediae nomen traheret, non perspicitur. Accedit, id quod est grauissimum, quod u. 46 sq.

---

[1]) Quod Kauer, Wiener Studien 26, 1904, 2 p. 208 dicit: 'Ich kann jedoch nicht annehmen, daß N. bei diesem Besuch von Polemo überrascht würde. Denn in diesem Falle . . . . . . wären er und N. aneinander geraten. Das griechische Gesetz gab dem Ehemanne das Recht, wenn er seine Frau mit einem Liebhaber in flagranti ertappte, beide zu töten. Polemo ist allerdings nicht mit Glykera verheiratet, aber sicher ist es, daß er N. nicht einfach hätte weggehen lassen' argumentum non protulit. Neque enim cur adulescens Polemonem effugere non potuerit uideo.

νῦν μὲν γὰρ ἡμῖν γέγονεν ἀρχὴ [πραγμάτων]
ἀγαθῶν τὸ σὸν πάροινον

aliter interpretari omnino non possumus. Cum igitur de fraterno amore cogitari nequeat neque adfuisse modo adulescentem satis esse uideatur cf. p. 91 med., patet alia ratio, ut re uera fuerit ille amator et miles, quippe qui stultus sit ac temerarius, deceptus sit (cf. Ter. Eun. 370 sqq. Plaut. Mil. 767 sqq. alibi). Neque ineptum est statuere adulescentem a patre, ut de sorore sciscitaretur, missum Glyceram adamasse atque cum prima amoris signa inter se communicarent, uisum esse a milite; postea autem re cognita cum sororem non possit ducere, libenter aliud inire matrimonium: cf. u. 50 et Plaut. Epid. 647 sqq. Qua coniectura probata facile intellegitur, cur u. 50 Pataecus subito de filii loquatur nuptiis: matrimonium facere cogitur ille, ut legitima uoluptate usus desinat in alienis uxoribus peccare.

De uersu qui sequitur dubitari nequit; magna est dissensio de 12. restituendo. Atque omnium coniecturarum quotquot proposuerunt uiri docti coniecturas maxime comprobaremus *ἄ[νδρ' ἰδὼν νέον]*, si exempla satis idonea possemus adferre, quia et sententiae bene conectuntur et *εὐθύς* habet quo pertineat participium. Deinde quod Herwerden scripsit *α[ὐτὴν ὑπονοῶν]* hoc unum displicet, quod *ὑπονοεῖν* quantum uidemus accusatiuum non habet nisi cum infinitiuo coniunctum. Rectius igitur forsitan conicias *α[ὐτὴν καταλαβών]* 'simulatque eam deprehendi', cf. Aristoph. Thesm. 1208 sq.

σὸν ἔργον, φεῦγε πρὶν τὸν τοξότην
ἥκοντα καταλαβεῖν Nicost. fr. 25 K. CAF II p. 226.

Sed iam finem facere Polemonem secum loquendi apertum est e uersu 14, ubi Doridem quae re bene gesta reuertitur adpellet. Atque e particula *τοιγαροῦν* u. 13 cognoscitur eum postquam quid antea gesserit secum computauerit, tunc quo in discrimine propter illud flagitium modo uersatus sit paucis commemorare. Quare optime Wilamowitz post *τοιγαροῦν* suppleuit *ἀπηγχόμην* 'me suspendere in animo habebam' cf. Plat. fr. 75 K. CAF I p. 622 Antiph. fr. 148, 6 K. CAF II p. 71, fr. 204, 7 K. CAF II p. 99. Philemo fr. 130 K. CAF II p. 519 Archedic. fr. 3, 7 K. CAF III p. 277.

Iam quae sequuntur ea recte interpretati sunt Britanni, sed quod u. 16 *[στατόν]* suppleuerunt minus placet, quia haec uox deest dictioni comicae et uestimentorum catalogo qui traditus est apud Pollucem VII 46 sqq. Neque ceterarum pallarum muliebrium ulla hoc loco uidetur nominata esse. Nam *ἔγκυκλον* (cf. Hermann, Griech. Antiquitäten IV[3] p. 188), quae uox una saluis numeris possit suppleri, propterea nequit stare, quod uestimentum

illud, quod a mulieribus cum uersabantur domi, non foris, indui soleret, Glyceram egressuram dedeceret: cf. Eustath. schol. Il. Ξ 178 p. 976, 14 φησὶ γοῦν Παυσανίας[1]) ὅτι ἔγκυκλον περιπόρφυρον ἱμάτιον καὶ χιτὼν γυναικεῖος ὃν ἔνδοθεν[2]) ἐνδύονται γυναῖκες, εἶτα τὸ ἔνδυμα. Qua de causa praeferenda uidetur uox quaedam, quae in uniuersum uestem aliquam significet ueluti [στολὴν] cf. Men. fr. 24, 2 K. CAF III p. 10

Περσικαὶ στολαὶ δὲ κεῖνται πορφυραῖ et

fr. 736 K. CAF III p. 208 εὐκαταφρόνητος τῆι στολῆι | εἴσειμι.

Eur. Bach. 852 οὐ μὴ θελήσηι θῆλυν ἐνδῦναι στολήν.

Aristoph. Thesm. 851 πάντως ὑπάρχει μοι γυναικεία στολή.

Pollux III 43 p. 168, 17 Bethe καλοῦνται δὲ καὶ δᾶιδες νυμφικαὶ καὶ στέφανοι καὶ στολή.

Deinde Doris nuntiat ὁ πατὴρ ἐπεξ[ήτ]αζε[3]) quod editores uerterunt 'her father was supervising'. Sed quid fuerit cui pater cum filia indueretur praeesset, nemo demonstrabit. Multo aliter alii interpretati sunt: Weil: 'son père continuait à sonder ses sentiments', Setti: 'e il babbo ne scrutana l'animo'. Nec dubium est quin hi recta ratione usi sint; sed quae cum filia ille egerit, e uersibus 31 sqq. patet. Sequitur locus difficillimus u. 17—19:

ΧΡΗΝΣΕΝΥΝΠΑ
ΕΥΑΓΕΛΙΑΤΩ[.]ΓΕΓΟΝΟΤΩΝΠΟΘ
[. . . . .] ΕΚ[. .]ΝΗΣΕΥΤΥΧΗΚΥΙΑΣ.

Atque proficiscamur inde a uerbo εὐαγ⟨γ⟩έλια, quo uerbo significatur 1) bonum aliquid nuntiatum 2) praemium ei qui nuntiauit datum 3) res diuina ab eo cui est nuntiatum facta. Quam significationem quae ad deorum cultum pertineat hic uerbo illi inesse ex uu. 21 sqq. adparet. Atque desideratur uerbum aliquod, unde pendeat εὐαγ⟨γ⟩έλια et quod ipsum pendeat e χρῆν. Itaque cum u. 19 quinque fere litterarum suppeditet spatium, aptissime editores scripserunt θύειν quod saepissime cum εὐαγγέλια coniungitur, cf. Aristoph. Eq. 656 alibi. Iam pro quonam beneficio Polemo dis immortalibus gratias referre iubeatur, e u. 19 ἐκ[εί]νης εὐτυχηκυίας concludes. Quae uerba quam ad rem spectent, Britanni e nouae comoediae argumentis effecerunt: Inuenerat enim Glycera patrem

---

[1]) fr. 144 Schwabe p. 150, 11.

[2]) iniuria mutauit Hermann l. s. in ἔνδοδεν, cf. Lehrs, De Aristarchi studiis Homericis [2] p. 136 adn. et ut e plurimis unum adferam exemplum Aristoph. Ran. 814:

χόλον ἔνδοθεν ἕξειν.

[3]) Quod verbum tametsi quantum nos scimus nusquam reperitur, nihil habere suspicionis e uoce ἐπεξέτασις quae Thuc. VI 42, 1 legitur cognosces. ἐξετάζειν Menander dixit fr. 532, 3 K. CAF III p. 156 οὐκ ἐξετάζειν μὲν τὰ μηθὲν χρήσιμα.

atque agnita erat ciuis Attica, id quod semper fere summa res est, ut puella siue honesta seu meretrix siue integra seu cui uis sit inlata legitimum possit inire matrimonium (cf. u. 38 sq.). Nec non Henricus Weil hoc cum deliberasset, u. 18 sq. scripsit

πoϑ[ουμένους]
[φίλους] ἐκ[εί]νης εὐτυχηκυίας.

Quo in supplemento id uituperauerim, quod εὐτυχεῖν cum accusatiuo φίλους coniungitur. Nam εὐτυχεῖν ubicunque adsequendi nanciscendi habet notionem, aut cum infinitiuo aut cum genetiuo aut cum pronominis alicuius accusatiuo conectitur, aliis cum accusatiuis nusquam nisi apud ecclesiasticos quos adpellant scriptores. Huc accedit quod ille, quoniam φίλους u. 19 ubi Britanni ϑύειν suppleuerunt scripsit, uerbum quod deesse non possit, alibi inserere coactus incidit in difficultatem haud paruam. Conicit enim u. 17 sq. χρῆν σε νῦν τ⟨ε⟩[λεῖν] | εὐαγ⟨γ⟩έλια e. q. s. et omnino neglegit, quod Britanni p. 18 de u. 17 exeunte adnotant ‘The uestiges of the second letter suit *A*, *Λ* or *Δ* better than anything else’. Itaque τελεῖν scribere non licet, atque concidit Henrici Weil coniectura.

Teneamus igitur quae adhuc repperimus

χρῆν σε νῦν πα uel τα
εὐαγ⟨γ⟩έλια τῶ[ν] γεγονότων ποϑ[ουμένων][1])
[ϑύειν] ἐκ[εί]νης εὐτυχηκυίας [τόδε].

Ac τόδε recte suppleuerunt Britanni; neque enim uberius hoc loco de illa re dici oportet, de qua Polemo antea cum de Glycerae fratre uerum comperiret certior sit factus; sed minus bene u. 17 suppleuerunt πά[λαι] quod post νῦν haud apte staret. Recte igitur Herwerden hunc uersum restituit, cum τα[χύ] scripsit, quam uocem pro aduerbio usurpatam in deliciis habet Menander atque id quidem in primis extrema uersus sede: cf. fr. 224, 1 K. CAF III p. 64 fr. 15, 2 K. CAF III p. 8 fr. 94, 5 K. CAF III p. 29 fr. 481, 3 K. CAF III p. 138.

u. 20 deest aliquid de coco dictum, quod editores addere non conati sunt. Atque falso Piccolomini ὁ δ'[οὖν ἐμός] coniecit. Cocos enim plerumque liberos Athenis modo hic modo illic in singulorum ciuium aedibus mercede conductos artem factitasse constat[2]) et seruos cocos in tota noua comoedia non nisi apud Posidippum

[1]) quod quamuis displiceat, in textum quem dicunt recepi, quoniam quod proferam non habeo (cf. Herwerden p. 121) et litteram *Π* etiamsi in tabula iam non discernitur agnouerunt Britanni.

[2]) cf. Plaut. Aul. 280 ‘— — opsonauit erus et conduxit cocos’
Pseud. 800 ‘Sed cur sedebas in foro, si eras coquus
Tu solus praeter illos?’

occurrere testis est Athenaeus XIV p. 658 f. *οὐδὲ γὰρ ἂν εὕροι τις ὑμῶν δοῦλον μάγειρόν τινα ἐν κωμωιδίαι πλὴν παρὰ Ποσειδίππωι μόνωι.* Quare ipse Polemo cocum quem suum adpellet, habere non potest. Nec Weil cum scripsit *ὁ δ[ὴ πάρα,]*
μάγειρος ἔνδον ἐστί
et uertit 'Eh bien ce que nous avons sous la main: il y a un cuisinier à la maison' nobis persuasit, quia neque ipse adtulit neque nos repperimus talis sententiarum structurae exemplum. Contra adridet *ὁ δ' [ἀπ' ἀγορᾶς]* quod conicit Wilamowitz cf. Plaut. Pseud. 800. Tamen fortasse etiam propius ad uerum accedemus si ex ipsa comica dictione aliquod supplementum arripuerimus. Atque videas Menandri fr. 272 K. CAF III p. 78

παρὰ τοῖς γυναικονόμοις δὲ τοὺς ἐν τοῖς γάμοις
διακονοῦντας[1]) *ἀπογεγράφθαι πυθόμενος*
πάντας μαγείρους κατὰ νόμον καινόν τινα e. q. s.

Nec non alii comici ad coci artem officiumque significandum uerbo *διακονεῖν* utuntur, ueluti Posidippus fr. 26, 19 K. CAF III p. 343 dicit *διακονοῦμεν νῦν γάμους* et Hegesippus fr. 1, 11 K. CAF III p. 312 *ὅταν ἐν περιδείπνωι τυγχάνω διακονῶν.* Itaque nescio an iure scripserim

ὁ δ[ιακονῶν]
μάγειρος ἔνδον ἐστί· τὴν ὗν θ[υέτω].

Restat ut ad qualem cenam exornandam et quod sacrificium perpetrandum Polemo cocum conduxerit quaeramus. De qua re Wilamowitz p. 31 haec dicit: 'Er hatte sich das Schwein gekauft und den Koch gemietet, lediglich um zu dinieren' et p. 32 adn. 1: 'Bekanntlich wird der Koch regelmäßig für den Einzelfall herangeholt. Daß seine Anwesenheit und die eines lebendigen Schweines dem Publikum offenbar schon bekannt war, zeigt, daß Polemon eine Festlichkeit vorbereitet hatte. Man denkt leicht, daß er mit der Tochter des Philinos Verlobung feiern wollte'. Ac primum quidem hae duae sententiae plane inter se contrariae quo modo inter se coniungendae aut consociandae sint, non uideo. Deinde Polemo si ducturus erat Philini filiam sane non habebat, cur tam desperatum se praeberet amissa Glycera. Quare ueri est similius illum non nisi conuiuium adparasse.

---

[1]) cf. Ath. XIV p. 659 d *οὐδὲν οὖν ἦν παράδοξον εἰ καὶ θυτικῆς ἦσαν ἔμπειροι οἱ παλαίτεροι μάγειροι. προίσταντο γοῦν καὶ γάμων καὶ θυσιῶν. διόπερ Μένανδρος ἐν Κόλακι τὸν τοῖς τετραδισταῖς διακονούμενον μάγειρον ἐν τῆι τῆς Πανδήμου Ἀφροδίτης ἑορτῆι ποιεῖ ταυτὶ λέγοντα* e. q. s., e quo loco u. 21 *τὴν ὗν θ[υέτω]* uerum esse adparet cf. Strato fr. 1 K. 19 sqq. CAF III p. 362, ubi erus sermonem quem habuerit cum coco de re diuina facienda enarrat. cf. Posid. fr. 26, 19 K. CAF III p. 343.

Sed redeamus ad ipsa poetae uerba quae uu. 22 sqq. recte sic sunt redintegrata:

(*Δω·*) *κανοῦν δὲ ποῦ; καὶ τἄλλ' ἃ δεῖ;* (*Πολ·*) *κα[νοῦν μὲν οὖν]*
ὕστερον ἐνάρξετ'. ἀλλὰ ταύτην σφ[αττέτω].
μᾶλλον δὲ κἀγὼ ⟨σ⟩τέφανον ἀπὸ βω[μοῦ ποθεν]
ἀφελὼν ἐπιθέσθαι βούλομα[ι.

Quae uerba recte interpretati sunt Grenfell et Hunt; nec de uocis *κανοῦν* usu aut ratione copiosius disserere opus est; quae uox cum omnino de canistro usurpatur tum cum uerbo *ἐνάρχομαι* coniuncta de re diuina facienda cf. Aristoph. Pac. 948 *τὸ κανοῦν πάρεστ' ὀλὰς ἔχον.* Eurip. El. 1142 *κανοῦν δ' ἐνῆρκται.* Deinde u. 24 *ἀπὸ βωμοῦ* uerum est, de extremo pede reficiendo dubitaueris. Atque Weil quidem *θεοῦ* suppleuit, quod non ad quamlibet alicuius dei aram spectaret sed ad certam quandam in scaena conditam atque id quidem Baccho. Sed maiore cum ueri similitudine hanc aram Apollini qui u. 43 inuocatur adsignat Olivieri, Revista di filologia XXVIII, 1900 p. 449. At cum et ante *βωμοῦ* et ante *θεοῦ* desit articulus quem uocant, Britannos secuti *ποθεν* scripsimus 'alicunde, ab aliqua ara', quod bene quadret ad militis temeritatem. Quae temeritas cum tanta sit, ut in rei diuinae ritu ille peccet, Wilamowitz eum barbarum esse arbitratur: 'Der Tolpatsch denkt, wenn nur geschlachtet wird, genügt es, und gibt nur so weit nach, daß er sich bekränzen will; dazu aber wird er irgend von einem Altar einen bereits geweihten Kranz aufgreifen'. At iure Dziatzko Polemonem esse ciuem docuit, quia ni esset legitimum matrimonium inire non posset. Ac quod cultum religionemque neglegit, satis habet excusationis neque indignum uidetur Menandri arte, dum modo quanta eius animus sit commotus sollicitudine recordemur. Praeterea ciues, quibus nomen fuerit *Πολέμων* enumerantur Kirchner l. s. II p. 207 sq. No. 11885 sqq., quorum ciuium qui primo loco est positus archontis munere functus est a. a. C. n. 312/1, huius poetae aetate. Unde hoc nomen apud ciues frequentissimum neque inclarum a poeta uix datum esse homini barbaro concludes. Neque aliter res se habet, quod Wilamowitz Pataecum barbarum esse opinatur. Nam recte Dziatzko l. s. p. 134 adpend. exposuit haec: 'Ich glaube vielmehr aus dem Verse gerade folgern zu müssen, daß er Hellene ist und im Benehmen seiner wiedergefundenen Tochter gleichfalls hellenische Art, also eine Bestätigung ihrer Herkunft sieht', praesertim cum non rarum fuerit hoc nomen apud ciues Atticos cf. Kirchner l. s. II p. 184 No. 11676 sqq. Neque inde quod Pataecus u. 33 *Ἕλληνος τρόπου* non *Ἀττικοῦ τρόπου* dicit, argumentum potest peti quo huius fabulae scaenam Athenis non esse euincatur. Nam etiamsi

Athenis scaena erat, tamen temporibus illis, quibus homines Graeci unam sese esse nationem meminisse coepissent et uniuersam Graeciam ingenio complecti, quibus Alexandro Magno duce bellum contra Persas renonauissent, minime est mirandum quod in theatris quoque non singularum ciuitatum proprias uirtutes sed cultum humanitatem elegantiam qua omnes fruebantur homines Graeci canebant poetae et praedicabant cf. Men. fr. 617 K. CAF III p. 185

Ἕλληνές εἰσιν ἄνδρες, οὐκ ἀγνώμονες,
καὶ μετὰ λογισμοῦ πάντα πράττουσίν τινος.

Posidipp. fr. 28 K. CAF III p. 345

Ἑλλὰς μέν ἐστι μία, πόλεις δὲ πλείονες.

Iam u. 25 sq. ancilla ero respondet *πιθα[νώτερος] πολλῶ⟨ι⟩ φανεῖ γοῦν,* quo loco de uoce *πιθανώτερος* restituenda consentiunt omnes uiri docti, tacent de interpretanda. Solus Henricus Weil adnotat haec: ‘Allusion moqueuse aux orateurs de la Pnyx, qui mettaient une couronne en parlant au peuple. La couronne ne fait pas l'orateur ni l'habit le moine’ et recte quidem, sed cum nouae quam dicimus comoediae poetae eos qui rei publicae administrandae operam nauabant perraro persequerentur ludibriis iocisque, etiam alterum sensum qui ad ipsam huius loci condicionem referatur in hac uoce inesse probabile est. Quem sensum nec Weil cum interpretatur ‘certes tu en sera plus persuasif’ nec Britanni cum uertunt ‘You will appear much more persuasive so’ satis uidentur perspexisse. Nam cui Polemo etiam nunc, postquam feliciter res euenit, persuadeat, prorsus obscurum est. Itaque cum haec persuadendi notio quam plerumque habeat uox *πιθανώτερος* non quadret, hoc loco *πιθανώτερος* idem esse ac ‘fide dignior’ necesse est, cf. Plat. Min. p. 318 E *καίτοι γε πιθανώτεροί εἰσιν ἢ σύμπαντες οἱ τραγῳδοποιοί.* Nunc enim miles cum aliquid se facturum esse dicit quod sit festinationis neglegentiae temeritatis, multo dignior fide est quam antea cum mortem sibi consciscere in animo se habere adfirmauit.

Deinde u. 26 quin *πολλῶ⟨ι⟩ φανεῖ γοῦν* librarius rectius quam corrector *πολλῶι ἂν εἴης* scripserit, nemo est qui dubitet. Sed ille corrector unde hoc petierit quaeritur. Ac primum eundem et correcturas et adnotationes quas dicimus scaenicas scripsisse inde est ueri simile quod utraeque litteris quae adpellantur minusculis exhibentur. Atqui illae adnotationes u. 14 et 28 perperam ad uersum qui est proximus ei ad quem pertinent adpositae sunt. Quas adnotationes corrector si de suo addidisset re bene deliberata suo loco posuisset. Itaque eum e codice quodam eas duxisse et huic exemplari minus diligenter inseruisse probabile est. Nec non

in eodem codice falsam lectionem *πολλῶι ἂν εἴης* extitisse putauerim (cf. Britann. p. 19 a. h. l.). Atque ad explendum hunc uersum omnium coniecturarum quotquot uiri docti proposuerunt coniecturas longe aptissima est quam Piccolomini protulit *ἄγετε* [*τὴν ὗν ἐν τάχει*], quoniam uerbum *ἄγειν* de hostiis immolandis dicitur; quae significatio cum de re diuina facienda agatur optime quadrat cf. p. 79. Sed melius quam *ἐν τάχει* scripserim *τοῖς θεοῖς* cf. Menandri uersus l. s. exscriptos.

u. 27 Doris pergit *καὶ μὴν ἔμελλεν ἐξιέναι δ* — — Cui respondet Polemo *αὐτός; τί γὰρ πάθηι τις;* et paullo post domum fugit. Unde manifestum est uereri illum congredi cum eo quem esse exiturum ancilla modo nuntiarit. Atqui infra u. 31 re uera egreditur pater. Ergo hunc timet miles et bene u. 27 expletus est *δ*[*ὴ χὠ πατήρ*]. Nec non qua de causa patrem amicae timeat adparet: metuit enim ne ille filiam a se uiolatam ulciscatur; atque ignorat illum matrimonio cum Glycera faciendo non modo non obstare uerum etiam fauere, id quod Doris, quae u. 15 Pataeci domo egressa dis quasi re bene gesta grates agendas esse dicat, sine dubio compertum habet, sed nuntiare eo quod erus interfatur prohibetur. Itaque u. 28 exeunte desperantis uerba non huic quae cur desperet non habeat sunt tribuenda nec *ὦ τάλ*[*αιν' ἐγώ*] scribenda, sed a milite ea uerba exclamari patet *ὦ τάλ*[*ας ἐγώ*]. Qui miles uera rerum ac fortunae condicione nondum cognita, ut est omnino unius cuiusque temporis momenti adfectui et iniquitati obsequens, omnem abicit spem atque deponit. Personarum mutationis igitur signum u. 28 inter *ΤΙΣ* et *ΩΤΑΛ* iniuria positum est a correctore et *εἰσέρχεται Πολέμων* ad eum qui sequitur uersum erat adscribendum. Atque cum u. 30 *εἴσειμι καὐτὴ σ*[*υ*]*μποήσουσ'* nemo nisi Doris possit pronuntiare, falso corrector paragraphum post u. 29 positam delere studuit. Iam de ipso u. 29 sanando desperauerunt uiri docti nec tamen suo iure. Nam si cum hoc loco nouae quam adpellamus comoediae comparauerimus reliquias, in primis Plauti ac Terenti fabulas, aliquid fortasse proficiemus. Incipit enim inde a u. 31 noua quaedam scaena, qua scaena cum Glycera inducitur Pataecus pater. Quem aduenturum esse nuntiatur u. 27. Ac fugit eum Polemo locutus u. 28 et 29, et in u. 29 uocis *θ*[*ύ*]*ραν* pro certo agnouerunt Britanni uestigia. Nec non talem rerum conexum sescentiens inuenies apud Maccium et Afrum, sescentiens leges uersus horum similes:

Plaut. Aul. 665 'Attat foris crepuit, senex eccum aurum ecfert foras.'
Bacch. 234 'Sed foris concrepuit nostra; quinam exit foras?'
610 sq. 'Sed huc concedam, nam concrepuerunt fores.
Mnesilochum eccum maestus progreditur foras.'

Mil. Glor. 154 'foris concrepuit hinc a uicino sene.'
270 'Sed fores crepuerunt nostrae'
410 'Fores uicini proxumi crepuerunt, conticiscam.'
1377 'hinc sonitum fecerunt fores'
Ter. Andr. 682 'Hem sed mane crepuit a Glycerio ostium.'
Haut. 173 'sed quid crepuerunt fores
Hinc a me? quisnam egreditur? huc concessero.'
613 'Mane, mane: quid est quod tam a nobis grauiter
crepuerunt fores?'
Ad. 788 'Quisnam a me pepulit tam grauiter fores?'

Accedit ipsius Menandri fragmentum: Schol. Aristoph. Nub. 132 p. 87 b, 6 Dübner *παρατηρητέον δὲ ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν ἔξωθεν κρουόντων 'κόπτειν' λέγεται, ἐπὶ δὲ τῶν ἔσωθεν 'ψοφεῖν'. ἱκανῶς δὲ διέστειλε Μένανδρος ἐπὶ μὲν τῶν ἔξω 'κόψω τὴν θύραν' εἰπών, ἐπὶ δὲ τῶν ἔσω 'ἐψόφηκε τὴν θύραν ἐξιών'* et Suidas sub uoce *'κόπτω'· ἱκανῶς δὲ διέστειλε Μένανδρος ἐπὶ μὲν τῶν ἔξωθεν λέγων 'κόψω τὴν θύραν', ἐπὶ δὲ τῶν ἔσωθεν 'ἀλλ' ἐψόφει καί τις τὴν θύραν ἐξιών'*. Ac de priore quidem fragmento *κόψω τὴν θύραν* (fr. 860 K. CAF III p. 229) constat, de altero est dissensio. In quo fragmento cum uix stare possit tempus imperfectum, quod apud Suidam scriptum uidemus, atque apto sensu plane careat coniunctio *καὶ* quae apud eundem legitur, *ἐψόφει καί* corruptum esse ex *ἐψόφηκε* apertum est, quoniam 'epsofi kē' alterum alterum 'epsofikĕ' pronuntiabatur. Unde huius fragmenti re uera has extare lectiones cognosces

Schol.: *ἐψόφηκε τὴν θύραν ἐξιών*
Suid.: *ἀλλ' ἐψόφηκέ τις τὴν θύραν ἐξιών*,

quarum in utraque numero non sunt salui. Ac cum uoces *ἀλλ'* et *τις* quae extant apud Suidam interpolatas esse nemo sit qui putet, hanc Suidae recensionem propius abesse a genuinis Menandri uerbis luce est clarius. Quae uerba fuisse

ἀλλ' ἐψόφηκε τὴν θύραν τις ἐξιών

iam Küster II p. 348 recte agnouit. Nam perperam Cobet Uar. lect. p. 216 sq., quem Kock ad fr. 861 CAF III p. 229 secutus est, quae tradita sunt 'extremam barbariem' uocauerat, nempe quia neglexerat locos in Thesauro Graecae linguae VIII 1927 s. u. *ψοφεῖν* commemoratos, cf. Plut. Popl. 20, 4 *ὅτι κόπτουσι καὶ ψοφοῦσι τὰς αὑτῶν θύρας*. Heliod. I 17 p. 23, 5 Bekker *τάς τε θύρας ὡς ὅτι πλεῖστον ἐψόφησεν*. Minime igitur comprobabimus quod Cobet et Kock scripserunt *ἀλλ' ἐψόφηκεν ἡ θύρα. τίς οὑξιών;* Sed ut redeat, unde digressa est disputatio: quicunque rem considerauerit uix poterit dubitare quin u. 29 hoc ipsum uerbum *ψοφεῖν* interierit. Itaque eis de quibus constat litteris diligenter seruatis fortasse recte sic scripsimus:

ἔ[ξεισ',][1]) ἄκο[υσον, Δωρ]ί, [τ]ὴν ϑ[ύ]ραν [ψοφεῖ].

At Piccolomini εἴσειμι scripsit, nempe quia εἰσέρχ{εται} supra scriptum est. Nec tamen opus fuisset scaenica ut ita dicam adnotatione, si ex ipsius Polemonis uerbis actores eum domum intrare cognoscere potuissent. Hac enim ratione usus corrector uel librarius u. 9, ubi Polemo aperte Doridem abisse dixit, nihil adnotauit, supra u. 49, ex quo ipso militem scaena egredi non adparet, scripsit Πολέ{μων} εἴσ⟨ε⟩ισι. Nec quod u. 30 Doris dicit εἴσειμι καὐτὴ συμποήσουσ' argumentum est, illum quoque εἴσειμι dixisse. Immo sic uidetur res esse interpretanda: Ancilla erum qui simulac u. 29 pronuntiauit domum profugit tamquam oculis insequitur. Tum meminit sibi ipsi quoque esse ineundum, ut aliquem adiuuet. Atque de ipso ero cogitare eam putes. Nec uero qua in re etiam nunc, cum omnia ut bene euenirent efficit, eius commodis seruiat planum fit. Sed cum u. 17 sq. et 22 sq. magna cum diligentia locuta sit de re diuina facienda, cui praesit cocus, hunc adiuturam eam esse ueri est simillimum. Neque est cur non illius nomen u. 30 nominatum esse sumamus; quod nomen potuit esse Ἄνϑραξ (cf. Plaut. Aul. 287) ut scribamus εἴσειμι καὐτὴ συμποήσουσ' [Ἄνϑρακι]. Doris igitur ipsa quoque exit, et incipit noua scaena; in qua scaena primum (u. 45. 49) Glycera paterque Pataecus prodeunt, arcessitur deinde miles. Ac recte quidem redintegrati sunt uu. 31 sqq.

31. πάνυ σου φιλῶ τὸ ‘[σ]υνδιαλλαχ[ϑήσομαι]’.
ὅτ' εὐτύχηκας, τότε δέ[χεσϑ]αι τὴν δί[κην],
τεκμήριον τοῦτ' ἔστ[ιν Ἑλλ]ηνος τρ[όπου].

In quibus uersibus paragraphum post u. 31 positam uncis inclusit suo iure corrector. Atque Glyceram, quam a patre repertam esse et amatori ueniam dedisse supra intellexerimus, hoc loco adpellari luce est clarius. Nec qui hos uersus pronuntiat esse potest nisi Pataecus, qui solus cum illa foras sit progressus. De ipsis uerbis breuissime est dicendum. Neque enim argumentum inueni quo usus δεδέχϑαι u. 32 mallem scribere pro δέχεσϑαι et quod Weil scripsit

πάνυ σου φιλῶ τὸ [σ]υνδιαλλαχ[ϑήσομαι]
ὅτ' εὐτύχηκας· τότε δὲ [λῦσ]αι τὴν δίκην e. q. s.

et uertit ‘„Je me réconcilierai avec lui“ que j'aime cette parole sortie de ta bouche quand un bonheur t'a comblée de joie. Pardonner ainsi — —’ e. q. s.: neglexit quae intercedat inter ὅτε et τότε ratio; nec solent homines Graeci quantum uidemus ignoscendi

[1]) sc. Glycerae pater.

notionem uerbis *δίκην λῦσαι* exprimere. Atque paragraphum infra hos uersus positam bene corrector deleuit. Nam Glyceram, de qua sola praeter Pataecum potest cogitari, uersum qui sequitur u. 34 pronuntiare propterea non crediderim quia abhorret a comoediae consuetudine honestam uirginem plura quam necesse est loqui. Pataeco igitur tribuamus u. 34. In quo uersu exeunte Weil *τάχα* suppleuit; cui supplemento praeferendum est *ταχύ*, quod Herwerden coniecit cf. p. 94. Iam ad explendam quae restat lacunam rectius quam *⟨Π⟩[ολέμω]ν᾽* coniectum est *δ[ραμώ]ν*, quia *Λ* litteram editores distinguere sibi uidebantur nec multum interest inter ∂ et ⲇ. Sed quaecunque huic loco facienda est medicina, hoc manifestum est: Arcessituri sunt Polemonem cum ipse priusquam uocatus est ultro reuertitur. Ac ueri simile est auscultasse eum ab ostio ita ut a Pataeco Glyceraque non cerneretur, cerneretur a spectatoribus, tunc uero simulac patrem non modo sibi non irasci uerum etiam fauere animaduertit, progredi. Nam aliter, cur priusquam arcessitus est sua sponte redeat, uix potest intellegi. Iam quae dicit Polemo u. 35 sq. ea sagacissime editores sic restituerunt

ἀ]λλ᾽ ἔθυον [ὑ]πὲρ εὐ[πραξίας]
[Γλυκέραν ὕπ]αρ εὑρηκ[υ]ῖαν, οὓς [οὐδ᾽ εἶδ᾽ ὄναρ],
π[υθό]με[νο]ς. cf. Philem. fr. 163 K. CAF II p. 525

αἰτῶ δ᾽ ὑγιείαν πρῶτον εἶτ᾽ εὐπραξίαν et Eur. Iph. Taur. 518 *ὡς μήποτ᾽ ὤφελόν γε μηδ᾽ ἰδὼν ὄναρ* Synes. ep. 4 p. 640 in. Herch. *ἰδόντες τε καὶ παθόντες ἃ μηδὲ ὄναρ ἠλπίσαμεν* Democr. apud Stob. Ecl. II 9,3 t. II p. 177,12 Wachsmuth *καὶ ὕπαρ καὶ ὄναρ χαίρει τε καὶ ἔρρωται.* Etym. Magn. s. u. *ὕπαρ* p. 777,32 *ὕπαρ οὐκ ὄναρ* Plato Phaedr. p. 277 D, E *τὸ ἀγνοεῖν ὕπαρ τε καὶ ὄναρ δικαίων τε καὶ ἀδίκων πέρι*, rep. II p. 382 E *οὔτε ἄλλους ἐξαπατᾶι — — — οὔθ᾽ ὕπαρ οὔτ᾽ ὄναρ.* In eis quae sequuntur res est dilucida: Pataecus enim *ὀρθῶς γὰρ λέγεις* cum dicit, laudat militem qui Glycerae amorem et religiosum gratumque in deos animum praestiterit. Sed cum *ὀρθῶς λέγειν* etiam idem ualeat ac ʻuerum dicereʼ illis uerbis facetias quasdam iocumque inesse cognosces. Nam miles re uera magis ut Pataecum fugeret quam ut rem diuinam faceret, domum intrauit. Itaque non omnino uerum dixit, sed quadam e parte mentitus est. Nec non u. 38 sq. recte restituerunt editores Britannici comparato Menandri fr. 720 K. CAF III p. 205

παίδων ἐπ᾽ ἀρότωι γνησίων
δίδωμί σοὐγὼ τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα

cf. praeter locos a Theodoro Kock l. s. scriptos Alciphr. Ep. I 6 p. 46 Herch. p. 7,2 Schepers *οἵ με ἐγγυητὴν ἐπίκληρον ἐπὶ παίδων*

ἀρότωι γνησίων συνῆψάν σοι γάμωι. At uituperat Britannos Setti l. s. p. 162 sq. adn. 4: 'Curioso che gli Editori inglesi, ad illustrare questa formola di contratto nuziale, citino il Fr. inc. Menandr. 185 (Meineke = 720 Kock) senza accorgersi che le parole citate da Clemente Alessandrino (Strom. 2, 3 (sic!) 137) provengono appunto, evidentemente, da questa nostra scena! Soltanto Clemente, citando forse a memoria dispone in modo alquanto diverso le parole e determina megli il *ταύτην* — — con la frase *τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα.*' Atque ut de capitis (23) numero false scripto taceam, Clementem Menandri ipsas fabulas tanta diligentia perlegisse, ut e memoria laudare posset, ne unum quidem extat testimonium neque omnino est ueri simile; immo etiam illum ipsum florilegio quodam usum esse probabile est cf. Wilamowitz, Die Textgeschichte der griechischen Lyriker p. 7 adn. 1. Praeterea cum tales sponsiones ac nuptiae sescentiens fiant apud Menandrum, quin fr. 720 ex altera quadam eius fabula exscriptum sit non dubitaueris. Recte igitur fecerunt Britanni quod nihil de illo fragmento protulerunt. Sed quod u. 37 *ἃ δ' οὖν ἐγὼ* suppleuerunt, elegantius Weil scripsit

ὀρθῶς γὰρ λέγεις, [ὀρθῶς δ' ἐγὼ]
[μ]έλλω λέγειν, ἄκουε e. q. s. ut uoce *ὀρθῶς* repetita

oreretur anaphora quam uocant atque antithesis aptissima. Denique u. 39 editores optime *λ[αμβάνω]* coniecerunt, cf. fr. 1 K. CAF III p. 3 *γυναῖκα οὐ λαμβάνω* fr. 583 K. CAF III p. 177

ὅταν πένης ὢν καὶ γαμεῖν τις ἑλόμενος
τὰ μετὰ γυναικὸς ἐπιδέχηται χρήματα,
αὑτὸν δίδωσιν, οὐκ ἐκείνην λαμβάνει.

fr. 585 K. CAF III p. 178 *ὅστις γυναῖκ' ἐπίκληρον ἐπιθυμεῖ λαβεῖν.*

Iam u. 40 Pataecus, id quod est grauissimum in pactione nuptiali facienda, quantum dotis sit daturus adicit: *καὶ προῖκα τρία τάλαντα.* Quam satis magnam fuisse pecuniam concludes e fr. adesp. 105 K. 8 sqq. CAF III p. 421 sq.

προῖκα δὲ λαβὼν τάλαντα τέτταρ' ἀργύ[ρου]
οὐ τῆς γυναικὸς νενόμιχ' αὑτὸν οἰκέ[την]

e. q. s., ubi de quattuor talentorum dote quasi de amplissima dicitur; cf. Boeckh, Die Staatshaushaltung der Athener I³ p. 598. Atque hac condicione contentus est Polemo et u. 40 *καὶ καλῶ[ς* dicit, quod editores suppleuerunt *καὶ καλῶ[ς γ' ἔχει]*, Weil *καὶ καλῶ[ς τόδε]* et interpretati sunt 'That is splendid' et 'voilà qui est bien aussi.' Sed sicuti in eis quae Pataecus dicit prior u. 40 pars *καὶ προῖκα τρία τάλαντα* ad u. 39 priorem partem ita pertinet, ut ex eodem uerbo *δίδωμι* pendeat, e quo illa: ita in eis quae miles pronuntiat, uersus 40 alteram partem *καὶ καλῶς* ad eiusdem u. 39

exeuntis uerbum λαμβάνω referendam esse putem. Itaque supplendum esse τάδε existimo et scribendum

καὶ καλῶ[ς τάδε]

sc. τὰ τάλαντα λαμβάνω. Tum pactione facta Pataecus militem ne ab officio discedat adhortatur

41. τὸ λοιπὸν ἐπιλαθοῦ στρατιώτης [ὤν, ὅπως]
προπετὲς ποησή⟨ι⟩ς μηδὲ ἕν

atque ipsam Glyceram u. 42 commemorari expectes, et cum u. 44 Polemo respondeat πάλιν τι πράξω προπετές; ipsam uocem πάλιν ad supplendum uersum adhiberi posse arbitror neque inepte scribi

[— ὅπως]
προπετὲς ποήση⟨ι⟩ς μ[η]δὲ ἕν [Γλυκέραν πάλιν].

Nam iniuria Dziatzko μηδὲ ἕν mutauit in μηδέν, quoniam idem illud μηδὲ ἕν nec non οὐδὲ ἕν similia sescentiens occurrunt in Menandri fragmentis, ueluti in quarto uersus pede fr. 65,9 K. CAF III p. 22, fr. 548 p. 166, fr. 571 p. 174, fr. 746 p. 210, fr. 799 p. 219 in sexto pede fr. 51,2 p. 18, fr. 130 p. 39, fr. 418,2 p. 122, fr. 466,2 p. 133, fr. 535,3 p. 159, fr. 571,2 p. 174, Colax 90.

Sed iam ad ea uerba quae Polemo respondet u. 43 sqq. progressa est disputatio, in quibus facetam poeta excogitauit adnominationem uocum Ἄπολλον et ἀπόλωλα. Atque inde quod Apollo inuocatur, Olivieri l. s. eius aram,[1]) ueluti in non nullis quas enumerat nouae comoediae fabulis, sic in Periciromena quoque positam in scaena fuisse magna cum ueri specie concludit. Deinde de u. 44 explendo ualde dubito. Nam μ[ὴν ὄναρ] quod Weil proposuit minus placet, quia ὄναρ spatio nimis paruo interiecto repetitur neque idonea suppetunt exempla quibus Britannos uere suppleuisse μ[ήποτε] demonstretur. Contra constat de uoce μό[νον] u. 45 redintegranda; quae uox non raro inuenitur cum imperatiuo coniuncta cf. Men. fr. 537,8 K. CAF III p. 160

μόνον δίδου·
αὐτοὺς γὰρ ἕξεις τοὺς θεοὺς ὑπηρέτας.

fr. 62 K. CAF III p. 21 οἶσ' εἰσιὼν
πανόν, λύχνον, λυχνοῦχον, ὅ τι πάρεστι· φῶς
μόνον πολὺ πόει.

Plat. fr. 128 K. CAF I p. 635

ἄψαι μόνον σὺ κἂν ἄκρωι τοῦ Μορσίμου

Alexis fr. 172,16 K. CAF II p. 360

ἄνθρωπ' ἐπίπαιζε, μόνον ἀπαλλάγηθί μου

---

[1]) Nec desunt aliorum numinum arae, ueluti Ueneris ara est in Plauti Curculione (71) et in Rudente (1333), Lucinae in Truculento (476) Dianae Ephesiae in Milite Glorioso (411), Fidei in Aulularia (584 sqq. 606 sqq.).

Philem. min. fr. 1 K. CAF II p. 540 *τὸ πῦρ μόνον ποιεῖτε*
nec non simili ratione Latine 'modo' dicitur cf. Plaut. Most. 326 'caue modo ne prius in uia accubes.'

Neque de eis quae sequuntur redintegrandis ulla est dubitatio. Una tamen restat difficultas: supra u. 49 enim scriptum uidemus *Πολέ{μων} εἴσ⟨ε⟩ισι*. Quod falsum esse argumento satis firmo comprobauit Wilamowitz l. s. p. 33: Pataecum ut intersit rei diuinae faciendae rogatum u. 49 quod Polemonis uoluntati non obsequatur excusari. Quare necesse esse Polemonem, ut quae socer dicat audiat, in scaena manere. Neque hanc sententiam refellit Kauer l. s. p. 206 sq. Qui traditam memoriam defendit atque intrare Polemonem opinatur. Ac cum u. 51 *ὦ γῆ* Glyceram dicere non posse intellegat, ipsum Pataeci filium de quo u. 50 dicitur inducit, cui haec uerba tribuat. At ex eis quae tradita sunt nullo modo illum filium omnino in scaena uersari potest ostendi; neque si ipse filius adesset patrem *τῶι γὰρ ὑῶι λαμβάνω* sq. dicturum esse credibile est; sed si re uera adesset filius, eum ipsum adpellaret, cf. Ter. Haut. 1060 sq.:

'Gnate mi, ego pol tibi dabo illam lepidam quam tu facile ames
Filiam Phanocratae nostri.' Itaque recte iudicauit Wilamowitz: 'intrat Glycera, Polemo remanet in scaena. Huic igitur uerba *ὦ γῆ* tribuenda sunt. Quae uerba bene editores sic suppleuerunt *ὦ γῆ [καὶ θεοὶ]* (cf. Nicostr. fr. 5 K. CAF II p. 220

ἀλλ' ἐπριάμην παρ' ἀνδρός, ὦ γῆ καὶ θεοί·

et Aristaen. ep. II 20 p. 170 Herch. *ὡς φιλόνεικος, εἶπεν, ὑπάρχεις καὶ λίαν γυνή, ὡς ἀτεράμων, ὦ γῆ καὶ θεοί*) nisi quod hoc loco malim scribere *Γῆ*. Terra enim, dea non solum fertilitatis agrorum sed etiam omnis abundantiae auctrix, nomine *Κουροτρόφος* adpellabatur (cf. Roscher l. s. I 2, 1570) ac cum fiebant nuptiae in *προτελείοις* quae uocant implorabatur ut coniuges augeret liberis quam plurimis cf. Schoemann-Lipsius l. s. II p. 584. Neque est cur non hic quoque, praesertim cum de nuptiis ac re diuina facienda modo actum sit, simili notione et simili sententiarum ordine illius deae mentio sit facta, siue serio de re diuina facienda disserebatur siue Polemo miles immemor eorum quae modo u. 41 socer iusserat, aliquid dixit de duplicibus nuptiis liberisque futuris ioco fortasse usus e sermone castrensi arrepto nec satis urbano. Sed redeamus ad uu. 49 sqq. *ἑτέρους ζη[τητέον]*

ἐστὶν γάμους μοι. τῶ⟨ι⟩ γὰρ ὑῶ⟨ι⟩[1] *λαμβά[νω]*
τὴν τοῦ Φιλ⟨ί⟩νου[2] *θυγατέρ'.*

---

[1]) cf. Meisterhans l. s. § 17, 1—6 p. 59 sq.
[2]) cf. Kirchner l. s. II p. 356 sqq. Nr. 14299—14339.

Ad quos uersus interpretandos Dziatzko usus est epigrammate Anth. Pal. 12,233:

τὴν ἀκμὴν Θησαυρὸν ἔχειν, κωμωιδέ, νομίζεις
οὐκ εἰδὼς αὐτὴν Φάσματος ὀξυτέρην.
ποιήσει σ' ὁ χρόνος Μισούμενον, εἶτα Γεωργόν,
καὶ τότε μαστεύσεις τὴν Περικειρομένην.

atque haec exponit p. 129: 'Offenbar werden hier mehrere berühmte Liebhaberrollen nach dem Alter der darzustellenden Personen gruppiert und dem *κωμωιδὸς* ihre Wiedergabe je nach seinen zunehmenden Jahren in Aussicht gestellt. Da nun das *μαστεύειν τὴν Περικειρομένην* an letzter Stelle steht, noch hinter dem *Γεωργός*, der selbst, wie wir jetzt wissen, ein *γέρων* war, so kann damit unmöglich die Rolle des Polemon, sondern höchstwahrscheinlich nur die des Pataikos gemeint sein.' Sed quod inde concludit Pataecum ipsum Glycerae amore inflammatum esse non probauerim. Nam hoc si uerum esset, uerbis *τῶ⟨ι⟩ γὰρ ὑῶ⟨ι⟩* e. q. s. non easdem quas uerbis *ἑτέρους* e. q. s. nuptias significari statuendum esset, id quod propterea non est probabile, quia si u. 49—51 non de eisdem filii nuptiis diceretur sed de patris nuptiis et de filii nuptiis, patrem et filium uehementioribus uerbis inter se opponi expectaremus. Praeterea Pataecus, si Glyceram adamasset, quis est qui putet eum tam stolidum esse ut filium ad illam mittat — id quod firmis argumentis ipse Dziatzko probauit — quasi ouile lupo credens? Atque id quod est grauissimum, uerbi *μαστεύειν*, a quo profectus est Dziatzko, principalis notio est 'quaerere,' [1]) nil amplius: cf. Eur. Phoen. 36

τὸν ἐκτεθέντα παῖδα μαστεύων μαθεῖν
εἰ μήκετ' εἴη et Hel. 597
Μενέλαε μαστεύων σε κιγχάνω μόλις e. q. s.

Itaque 4. epigrammatis uersum sic interpretabimur 'denique Periciromenen quaeris' et eo referemus, quod Pataecus filium ut filiam inuestigaret misit. Quae cum ita sint, uu. 50 sq. *τῶ⟨ι⟩ γὰρ ὑῶ⟨ι⟩ λαμβά[νω] | τὴν τοῦ Φιλ⟨ί⟩νου θυγατέρ'* adiecta esse censemus ut explicentur quae antecedunt *ἑτέρους ζη[τητέον] | ἐστὶν γάμους μοι.* Atque e uerbo *λαμβάνω* Dziatzko l. s. p. 128 fortasse recte Philinum Pataeco proposuisse ut filiam illius filio in matrimonium ederet sed repudiatum esse initio concludit, praesertim cum ex articulo

---

[1]) Nihil egit Kauer l. s. cum dixit: Auf Dziatzkos abenteuerliche Vermutung p. 129 gehe ich nicht weiter ein. *μαστεύσεις τὴν Περικειρομένην* a. a. O. kann nur das Streben des Schauspielers in dem Stück aufzutreten bezeichnen. Immo ne uno quidem uerbo dicitur histrionem, ut fabulae illius agat aliquam personam operam dare; sed aetate progrediente has partes nanciscetur:

ποιήσει σ' ὁ χρόνος e. q. s.

τοῦ ante *Φιλ⟨ί⟩νου* posito Philinum in ea fabulae parte quae non comparuit nominatum esse pateat. Quodsi idem uir doctus in *ζητητέον* offendit atque cum Philinus filiam obtulerit, nuptias quaerendas esse negat, nimis illam uocem uidetur pressisse. Nam Pataecus, nuptias quas antea abnuerit, nunc ʻquaerereʼ re uera cogitur, i. e. Philinum adire cogitur, quippe qui quod erat repudiatus ira incensus abierit. Sed lubrica est tota haec res neque ulla ex parte possunt peti argumenta satis magna.

Restat ut de eo fragmento paucis disseramus cuius memoriam renouauit Nauck, Mél. Gr-R. VI 1894 p. 113:

Schol. Aristoph. Plut. 35 p. 327a 44 Dübner et p. 545. *τὸν δʼ υἱόν· Ἀντὶ τοῦ περὶ τοῦ υἱοῦ Ἀττικῶς· καὶ Μένανδρος ἐν Περικειρομένῃ ʻτὸ δὲ κεφάλαιον οὔπω λογίζομαι τὸν δεσπότην,ʼ* tum sequuntur uerba plane corrupta *γράφεται προστιθέμενος οὖν ἑαυτοῦ υἱὸν Ἀριστοφάνης,* quae quo modo sint emendanda aut interpretanda nescio. Nec non in Menandri uerbis *οὔπω* corruptum esse adnotat Dübner p. 545 et unus quisque uidet, quoniam numeri non sunt salui. Tamen duae eius fragmenti possunt agnosci partes, quae quin integrae aetatem tulerint non dubitaueris

τὸ δὲ κεφάλαιον[1] — — et

λογίζομαι[2] *τὸν δεσπότην*

quarum partium posterior in uersu exeunte posita fuisse uideatur. Atque quidnam inter has duas partes perierit, utrum plura an unum uerbum interciderit, diiudicari nequit; sed hoc ex uoce *οὔπω* quamuis sit corrupta manifestum est negationem aliquam in archetypo scriptam fuisse. Praeterea ex scholiastae uerbis ʻ*τὸν δʼ υἱόν*ʼ. *Ἀντὶ τοῦ* ʻ*περὶ τοῦ υἱοῦ*ʼ in Menandri loco *τὸν δεσπότην* pro *περὶ τοῦ δεσπότου* usurpari intelleges. Qui locus sic fere interpretandus est: ʻid quod est grauissimum — — — non — de ero delibero.ʼ Atque haec uerba esse mancipii alicuius, quod de ero adiuuando secum reputet apertum est. Quae uerba quis pronuntiet cum quaerimus, statim in mentem uenit Doridis ancillae, quam summa cum diligentia Polemonis militis rebus prospicere e cartae uu. 4 sqq. didicimus ac cum Glycera sermonem de ea in gratiam cum Polemone reducenda habuisse p. 87 ostendimus. Nec non ex ea scaena, quae huic sermoni antecedebat, haec uerba uidentur esse exscripta. Atque ita fortasse res inter se exceperunt, ut Doris primum quanam rerum condicione Glycera laboraret capillis

---

[1]) cf. *Γεωργ.* 75.

[2]) cf. Men. fr. 564 K. CAF III p. 173 *καίτοι τί λογίζομαι ὁ κακοδαίμων.* fr. 531,9 K. CAF III p. 155 *οἰστέον ἄμεινον ταῦτα καὶ λογιστέον.*

priuata exponeret, tum quo modo eri desiderio ipsa subueniret deliberaret.

Iam fr. 627 K. CAF III p. 187

οὐ γὰρ τὸ πλῆθος, ἂν σκοπῆι τις, τοῦ πότου
ποεῖ παροινεῖν, τοῦ πιόντος δ' ἡ φύσις.

in quo fragmento eadem uox *παροινεῖν* quae in carta 13 et 47 legatur nec non de simili re agi uideatur, ad hanc fabulam referendum esse censeam atque sic fortasse ut in conloquio illo, de quo modo diximus, erum Doris excuset: 'non omnino esse malum nec natura atque indole uiolentum, sed tum nimia uini copia ebrium irae semel atque aemulationi indulsisse', Glycera haec repellat,[1]) cum et alia et fragmentum modo scriptum pronuntiat.

Sed quod Setti l. s. p. 166 fr. 732 K. CAF III p. 207

κομψὸς στρατιώτης, οὐδ' ἂν εἰ πλάττοι θεός,
οὐ⟨θ⟩εὶς γένοιτ' ἂν

ex Periciromena excerptum esse opinatur: haud paucae Menandri sunt fabulae, in quibus talia dici possint de milite urbanae humanitatis atque elegantiae imperito, ueluti *'Ασπίς* CAF III p. 24 *Θρασυλέων* p. 69 *Κόλαξ*, *Μισούμενος* p. 97 sqq. *Ξενολόγος* p. 103 sq. *Σικυώνιος* p. 126 sqq. *Στρατιῶται* p. 128 sq. *Ψευδηρακλῆς* p. 148 sqq. accedit *Δὶς ἐξαπατῶν* p. 35 sq. in qua fabula militem inductum esse e Plauti Bacchidibus intellegitur, cf. Ritschl, Parerga p. 404 sqq. Nec quod fr. 569 K. CAF III p. 174 *Γλυκέρα* quaedam adpellatur satis magnum erat argumentum, quo usus Setti hoc quoque fragmentum e Periciromena sumptum esse probaret. Fragmentum uero 574 K. CAF III p. 175

εἰ καὶ σφόδρ' ἀλγεῖς, μηθὲν ἠρεθισμένος
πράξηις προπετῶς. ὀργῆς γὰρ ἀλογίστου κρατεῖν
ἐν ταῖς ταραχαῖς μάλιστα τὸν φρονοῦντα δεῖ

propterea huic fabulae uindicare nolim, quod, cum hac de re (*πράξηις προπετῶς*) quo modo actum sit e cartae u. 42 sciamus, alteram scaenam qua de eadem re uerba fiant non inueni.

IX.
'ΡΑΠΙΖΟΜΕΝΗ.

οὐκ ἔμβαρον
εἰ ἔμβαρος. ἀρχαϊσμὸ⟨ς⟩ οὗτος ῥημάτων.

Lexicon Sabbait. 18, 16 Kock, Rh. M. 48, 1893 p. 588 sq. *Μένανδρος 'Ραπιζομένην* (sic pro *'Ραπιζομένηι*) e. q. s. *οὐκ ἔμβαρο⟨ς⟩*

[1]) Neque ab hac sententia abhorret, quod paullo post Doris ei, ut in gratiam cum Polemone redeat, persuadet.

εἶ ╪ Reinach, Revue des Etudes Grecques V 1892 p. 325, qui inde ab ἔμβαρος nouum uersum incipere arbitratur.

οὐκ ἔμβαρον.
⟨τ⟩ί ἔμβαρος; ἀρχαϊσμὸ⟨ς⟩ οὗτος ῥημάτων

Kock. ἀρχαϊσμὸ⟨ς⟩ Papadopulos-Kerameus in editione Lexici. ἀρχαϊσμὸν cod.

In hoc fragmento quin ἀρχαϊσμὸ⟨ς⟩ οὗτος ῥημάτων uerum sit, uix est qui dubitet, sed cetera difficillima sunt. De quibus priusquam omnino potest iudicari, de uoce ἔμβαρον quaeramus necesse est. Ac uelim conferas quae de ea tradunt Eustathius Schol. Hom. *B* 732 p. 331 = I p. 268, 39 Stallb. et Suidas s. u.

ὁ δ' αὐτὸς Παυσανίας (fr. 163 Schwabe p. 157) *ἱστορεῖ καί τινα Ἔμβαρον ἐπὶ εὐχῆι σοφίσασθαι. ἱδρύσατο γάρ, φησι, Μουνυχίας Ἀρτέμιδος ἱερόν.*

ἄρκτου δὲ γενομένης ἐν αὐτῶι καὶ ὑπὸ Ἀθηναίων ἀναιρεθείσης λοιμὸς ἐπεγένετο, οὗ ἀπαλλαγὴν ὁ θεὸς ἐχρησμώιδησεν, εἴ τις τὴν θυγατέρα θύσει τῆι Ἀρτέμιδι, Βάρος δὲ ἢ Ἔμβαρος ὑποσχόμενος οὕτω ποιήσειν ἐπὶ τῶι τὴν ἱερωσύνην τὸ γένος αὐτοῦ διὰ βίου ἔχειν διακοσμήσας τὴν θυγατέρα αὐτὴν μὲν ἀπέκρυψεν ἐν τῶι ἀδύτωι, αἶγα δὲ ἐσθῆτι κοσμήσας ὡς τὴν θυγατέρα ἔθυσεν. ὅθεν εἰς παροιμίαν, φησί, περιέστη· Ἔμβαρος εἶ τούτεστι νουνεχής, φρόνιμος.

ἔμβαρός εἰμι· νουνεχής, φρόνιμος· ἣν πρότερον ὁ Πειραιεὺς νῆσος ὅθεν καὶ τοὔνομα εἴληφεν ἀπὸ τοῦ διαπερᾶν· οὗ τὰ ἄκρα Μούνυχος κατασχὼν Μουνυχίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο.

ἄρκτου δὲ γενομένης ἐν αὐτῶι καὶ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἀναιρεθείσης λ⟨ο⟩ιμὸς ἐπεγένετο, οὗ ἀπαλλαγὴν ὁ θεὸς ἔχρησεν, ἄν τις τὴν θυγατέρα θύσηι τῆι θεῶι. Ἔμβαρος δὲ μόνος ὑποσχόμενος ἐπὶ τῶι τὴν ἱερωσύνην αὐτοῦ τὸ γένος διὰ βίου ἔχειν διακοσμήσας αὐτοῦ τὴν θυγατέρα αὐτὴν μὲν ἀπέκρυψεν ἐν τῶι ἀ⟨δ⟩ύτωι, αἶγα δὲ ἐσθῆτι κοσμήσας ὡς τὴν θυγατέρα ἔθυσεν. ὅθεν καὶ εἰς παροιμίαν περιέστη. τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν παραπαιόντων καὶ μεμηνότων.

Iam adparet Suidam quoque Pausaniae librum quem Eustathius adiit exscripsisse; sed quod in fine et Suidas uel eius auctor et lexici Sabbaitici[1]) auctor adposuit *τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν παραπαιόντων καὶ μεμηνότων*, hominis callidissimi et fraudulentissimi nomen qua ratione de insanis usurpetur non uideo. Sed uereor ne uterque sententiam plane contrariam cum ea quam modo explanauit sententia confuderit. Atque extitisse talem ueterum uirorum doctorum sententiam testis est Hesychius,[2]) qui utram probet nescius utram-

[1]) cf. Kock l. s. p. 589.
[2]) uel Diogenianus.

que profert s. u. *ἔμβαρος· ἠλίθιος μωρός, ἢ νουνεχής. Μένανδρος Φάσματι.*[1]) Unde illius temporibus uulgus prouerbii, quod iam Menandri temporibus in archaismis numeraretur, omnino oblitum ac ne philologos quidem quo modo illud interpretandum esset sciuisse sed in duas partes discessisse patet. Quarum ex altera stetit Pausanias cuius uerba Eustathius l. s. adfert *ὅθεν εἰς παροιμίαν, φησί, περιέστη· ἔμβαρος εἶ τουτέστι νουνεχής, φρόνιμος* et Diogenianus siue ipse Hesychius s. u. *οὐκ Ἔμβαρος εἶ· οὐ φρονεῖς· ἀπὸ τῆς Ἐμβάρου φρονήσεως.* Sed qui ab altera parte steterunt quanam ratione usi *ἔμβαρος* de amentibus dici demonstrauerint omnino ignoramus. Nam Apostolius VII 10 Paroemiogr. Gr. II p. 397, 1, de quo cf. Hiller Philol. 34, 1876 p. 226 sqq., nihil fecit nisi Suidam exscripsit et id quidem tanta cum neglegentia atque socordia, ut omissis uerbis *αὐτὴν μὲν ἀπέκρυψεν ἐν τῶι ἀδύτωι, αἶγα δὲ ἐσθῆτι κοσμήσας ὡς τὴν θυγατέρα* sensum omnino deprauaret. Nec quidquam efficitur ex eis quae tradita sunt in adpendice quae dicitur prouerbiorum II 54 Paroemiogr. Gr. I p. 402, 8 sqq.

Deinde quod apud Eustathium l. s. scriptum uidemus *Βάρος δὲ ἢ Ἔμβαρος*, non nisi *Ἔμβαρος* uerum esse ex ipso prouerbio quocunque modo est interpretandum cognosces. Nec difficile est intellectu qua ratione id quod est traditum ortum sit. Librarius enim quidam pro *Ἔμβαρος* scripserat *Βάρος*, id quod facillime poterat fieri, et corrector quidam ueram lectionem supra scripserat. Is uero qui postea codicem descripsit re non perspecta *Βάρος ἢ Ἔμβαρος* in textum quem uocant recepit. Quam corruptelam etiam in Suidae quibusdam codicibus fuisse efficies ex inepta illa glossa, quae extat s. u. *Βάρος* (cf. Bernhardy ed. s. u.) *ὄνομα κύριον· ἦν δὲ ἱερεύς· καὶ ζήτει τὴν περὶ τούτου ἱστορίαν ἐν τῶι Ἔμβαρός εἰμι.* Nam eum qui hoc adscripsit in Suidae suo codice s. u. *Ἔμβαρος* legisse *Βάρος ἢ Ἔμβαρος* uix negaueris. Ac forsitan haec corruptela iam in ipsius Pausaniae codicibus extiterit, licet nihil certi adfirmare possimus. Sed ut ad ipsam rem adgrediar, de eis rebus quae ad Dianae pertinent cultum, uelim conferas O. Müller, Die Dorier I p. 384 et Preller, Griechische Mythologie [4] I p. 311 sqq. Cuius deae sacerdotio si re uera Embarus quidam siue eius posteri essent functi, nomen *Ἔμβαρος* aliquo loco occurrere expectes. Sed quamquam omnes quotcunque extant indices inscriptionesque[2]) perscrutatus sum nusquam illud nomen repperi. Ac tametsi ex silentio quae sunt conclusa ea semper

[1]) cf. fr. 502 K. CAF III p. 144.

[2]) *Εμβάρης* legitur CIG 2465 d (II p. 1086) = IGIMA III No. 437 p. 103 *Ἔνβαρις* Oxyr. Pap. I p. 91, 2 No. 43. *Ἔμβρη* Griech. Urkunden aus Aegypten a. d. k. Museum Berl. I No. 106, 4.

multum habere suspicionis non ignoro, tamen audacius fecisse mihi non uidebor cum omnia quae de Embaro enarrentur, ficta esse statuero, ut prouerbium illud quo modo ortum sit explicaretur.

Iam accedit tertia interpretatio CGL III p. 562, 12 Götz 'embaros . i . grauida'. Quae interpretatio per se forsitan possit probari. Nam si uera sit, uocem *ἔμβαρος* originem ducere a uoce *βαρύς* putes, id quod Kock l. s. huius glossae ignarus arbitratus est. Neque abhorreat haec interpretatio a nouae comoediae indole, in qua passim inueniantur uirgines compressae atque praegnantes. Atque hoc qui comprobauerit facere non poterit quin ea quae Kock l. s. p. 589 exposuit laudet ac Menandri uersus sic restituat

οὐκ ἔμβαρον·[1])

⟨τ⟩ί ἔμβαρος; ἀρχαϊσμὸ⟨ς⟩ οὗτος ῥημάτων.

Nam *εἶ ἔμβαρος* propterea uix potest stare, quod in tota noua comoedia nunquam grauidae adpellantur nec in scaenam producuntur sed earum intus clamantium uoces audiuntur: cf. Ter. Andr. 473 Ad. 486. Plaut. Aul. 691 sq. Atqui omnino in fragmentis tam exiguis corrigere est corrumpere atque ex ipso lemmate *ἔμβαρός εἰμι* de *τί ἔμβαρος* cogitari non posse cognosces. Ergo hanc interpretationem quae e medicorum sermone ducta in glossis extet a Menandri loco esse alienam adparet, praesertim si ad Suidae et lexici auctoris uerba *τάττεται* e. q. s. respexeris.

Quae cum ita sint, neque quid significet uox *ἔμβαρος* neque a quanam stirpe descendat neque litteram *α* utram correptam an productam habeat omnino scimus. Itaque qua ratione Menandri uerba distinguenda aut interpretanda sint aut quo loco uersuum exitus sint statuendi, argumenta adhuc non possunt proferri. Hoc unum ut supra diximus constat illum dixisse *ἀρχαϊσμὸ⟨ς⟩ οὗτος ῥημάτων* uersu exeunte, et ita quidem ut aliquis castigaret aduersarium qui uoce *ἔμβαρος* usus esset.

X.

ΦΑΝΙΟΝ.

πότων τε καὶ κώμων ἅπαντες ᾔδεμεν.

Quod fragmentum 'ex Ori Milesii scriptis' in lucem protraxit Reitzenstein, Ind. Rost. 1890/1 p. 8 sq. et Geschichte der griechischen Etymologica p. 293 adn. 1

Ἤιδεισθα· — — *Μένανδρος Φανίῳ* e. q. s.

Ac primum quidem *ᾔδεμεν* cum genetiuo hoc loco coniungi memoria est dignum cf. Hom. *Ο* 411 sq.

ὅς ῥα τε πάσης

εὖ εἰδῇ σοφίης et Kühner-Gerth l. s. II 1 p. 361

[1]) uel *ἐμβαρος*.

adn. 10[b]. Deinde uocem *πότοι* Menandrum de conuiuiis dixisse testis est Ammonius p. 118 (= 114 Valck.) *πότος βαρυτόνως καὶ ποτὸς ὀξυτόνως διαφέρει. πότος μὲν γάρ ἐστι βαρυτόνως τὸ συμπόσιον ὡς Μένανδρος ‘πότοι συνεχεῖς, κύβοι’* fr. 914 K. CAF III p. 238 quo cum loco cf. fr. 554 K. CAF III p. 169

οὐκ ἐκ πότων καὶ τῆς καθ’ ἡμέραν τρυφῆς
ζητοῦμεν ὧι πιστεύσομεν τὰ τοῦ βίου.

Nec non fuit fabula *Πότος* Alexandri poetae comici CAF III p. 372. Denique de uoce *κῶμος* quam Menandrum usurpasse adhuc non innotuerat uberius disputari non opus est: cf. Welcker in Friderici Iacobs editione Philostrati p. 202 sqq. Quam uocem a nouae comoediae dictione minime esse alienam intelleges ex Apollod. Car. fr. 5, 20 sq. K. CAF III p. 282

ἐξιέναι τοὺς ἱππέας
ἐπὶ κῶμον εἰς Κόρινθον ἡμέρας δέκα.

cf. Plauti locos quibus ‘comissatum’ legitur Most. 317, 335 Pers. 568 Rud. 1422 Stich. 775.

XI.

ΦΑΣΜΑ.

[Διο]νυσίων
ἐπιτελεῖν συλλαμβάνηις
ν νυμφίον σαυτὸν φρόνει
τῆ]ς παρθένου τὴν μητέρα
ερωι τοῦτο ὁμομητρίωι τινί
μὴ παραδῶις πρὸς τῶν θεῶν
[πρόφασιν κατ]ὰ σαυτοῦ μηδεμίαν οὕτω πόει
οὗτο τί γὰρ ἄν τις πάθοι

Edidit hoc fragmentum Iernstedt in libro Russorum lingua conscripto p. 151 sqq., quem ut adirem Friderici Marx liberalitate et humanitate mihi contigit. u. 1—8 ab eis qui sequuntur uersibus omnino esse alienos argumentis satis firmis non prolatis contendit Kock, Rh. M. 48, 1893 p. 229 sqq. Supplementa quae u. 1. 4. 7 recepimus Iernstedt proposuit. Punctis suppositis notauimus eas litteras, quas in tabula p. 152 ab illo adiecta pro certo non agnouimus.

ἐστ' ἀλλὰ παῖς ἀληθινή
θεῖσα τῆς γαμουμένης
μ]ήτηρ πρὶν ἐλθεῖν ἐνθάδε
ταύτην δίδωσί τ' ἐκτρέφειν
υν ἐστιν ἐν τῶν γ⟨ε⟩ιτόνων
μ]ένη καὶ φυλαττομένη κόρη
δεῦρο· τὸν δ' ἄλλον χρόνον
ν φυλακῆς τ' ἐλάττονος
χεν οἰκίαν τότε
τίν' οὖν φαντάζεται;
τ]ουτ⟨ὶ⟩ γὰρ ἔτι ποθεῖτ' ἴσως
ον πεπόηκεν ἡ γυνὴ
διέξοδόν τινα
πάντ' ἐπισκοπεῖν
κε]κάλυπται ταινίαις
πρ]οσελθὼν καταμάθη⟨ι⟩
τις ἔνδον τῆς ⟨θε⟩οῦ

u. 9: *ΑΛΗΘΙΝΗΙ* cod. [*τὸ δ' οὐχὶ φάσμ'*] *ἐ. ἀ. π. ἀ.* Kock suppleuit. [*οὐχ ἡ τυχοῦσα*] *ἐ. ἀ. π. ἀ.* Iernstedt. u. 10: [*λάθρα δὲ παιδευ*]*θεῖσα* Kock. u. 11: [*ἣν τέτοκεν ἡ μ*]*ήτηρ π. ἐ. ἐ.* Kock. u. 12 [*φρουρεῖ μὲν οὖν*] *τ. δ. τ' ἐκτρέφειν* Kock *ΔΙΔΩΣΙΤΕΚΤΡΕΦΕΙΝ* cod. u. 13: *ΓΙΤΟΝΩΝ* cod. [*τήθηι μεθ' ἧς σ*]*ύνεστιν ἐ. τ. γ.* Kock — *ν*]*ῦν ἐστιν ἐ. τ. γ.* Iernstedt. u. 14: [*ὥσπερ δεδεμ*]*ένη κ. φ. κ.* Kock — *ομ*]*ένη* Iernstedt. u. 15: [*ἀνὴρ ὅταν ἔλθηι*] *δεῦρο, τ. δ. ἀ. χ.* Kock. u. 16: [*ὁπόταν ἀπῇι πλέω*]*ν φ. τ' ἐλάττονος* Kock *ΝΦΥΛΑΚΗΣΤΕΛΑΤΤΟΝΟΣ* cod. u. 17: [*δέηι, φθάσασ' ἣν ἔτυ*]*χεν ο. τ.* Kock [*ἐδεῖτο* — —] Iernstedt. u. 18: *ΤΙΝΑΟΥΝ* cod. [*οἰκοῦσα, μεταβάλλει*] — *τίν' οὖν φ.* Kock. u. 19: *ΟΥΤΕΙ* cod. [*τανῦν τρόπον* (*τ*]*ουτεὶ γὰρ ἔτι ποθεῖτ' ἴσως*) Kock *ΠΟΘΕΙΤΕΙΣΩΣ* cod. u. 20: [*μαθεῖν σαφέστερ*]*ον· π. ἡ. γ.* Iernstedt. *τῶι μειρακίωι; πόρ*]*ον π. ἡ. γ.* Kock. u. 21: [*διὰ τοῦ μεταστοίχου καὶ*] *δ. τ.* Kock. u. 22: *ὅπως ἂν οἷαί τ' ὦσι*] *πάντ' ἐπισκοπεῖν* Kock *ΠΑΝΤΑΕΠΙΣΚΟΠΕΙΝ* cod. u. 23: [— *κε*]*κάλυπται τ.* Iernstedt [*τὸ δὲ διάφραγμα συγκε*]*κάλυπται τ.* Kock. u. 24: [*θαλλοῖς*

τ' ἐλάας, μὴ πρ]οσελθὼν καταμάθη⟨ι⟩ Kock *ΚΑΤΑΜΑΘΗ* cod. u. 25: [*τἄρρητα πολυπράγμων*] *τ. ἐ. τῆς ⟨θε⟩οῦ* Kock *ΟΣΟΥ* cod.

Ac sagacissime quidem Iernstedt[1]) inde a u. 9 de Phasmatis argumento, quod est traditum apud Donatum ad Ter. Eun. 9 p. 272, 1 Wessner, agi agnouit, sed quae praeterea de hoc fragmento coniecit ea repetere nolim, quoniam ea probari non posse Kock l. s. p. 229 sq. demonstrauit. Supplementa uero quae ille ipse proposuit, quamuis bene in sensum quadrent, tamen, cum nimis incerta sint omnia, in textum recipere dubitauimus. Neque omnino uersus 1—8 et 9—25 inter se seiungendos esse nobis persuasit. Sed cum quae de hac re excogitauimus ea ad umbilicum nondum adduxerimus neque incertas coniecturas proferre iuuet, nunc hoc fragmentum missum facere nobis liceat.

Incertarum fabularum reliquiae.

XII.

τὸ μὲν ⟨γὰρ⟩ ἐξαμαρτάνειν ⟨ἅ⟩πασιν ἔμφυτον
καὶ κοινόν, ἀναδραμεῖν δὲ τὴν ἁμαρτίαν
οὐ τοῦ τυχόντος ἀνδρός, ἀλλ' ἀξιολάγου.

Hos uersus qui extant apud Clementem Alexandrinum Paed. III 12, 93, 3 (p. 287, 10 Stählin) Menandri esse intellexit Blass, Herm. XXXV 1900 p. 340 sq. comparato Menandri fr. 993 K. CAF III p. 251 *ἀνατρέχω Μένανδρος ἀντὶ τοῦ ἀναλύω.* Atque *ἀναλύειν* idem est ac ʽsatis facere de iniuria aliqua', cf. Demosth. XXI 275 p. 584, 16 *ἀλλ' ἐξ ὕβρεως καὶ ἐκ τοῦ μηδὲν ἂν ὧν πεποίηκεν ἀναλῦσαι δύνασθαι κρίνεται* Schol. Oed. Col. 1270 p. 452, 12 Papageorg. *ἄκη· ἀντὶ τοῦ ἀνακαλέσασθαι αὐτὰ καὶ ἀναλῦσαι.* Neque aliena est a Menandri dictione uerbum *ἐξαμαρτάνειν* cf. fr. 448 K. CAF III p. 129

οὐθεὶς ξύνοιδεν ἐξαμαρτάνων πόσον
ἁμαρτάνει e. q. s.

fr. 619 K. CAF III p. 186 *χαλεπόν γε τοιαῦτ' ἐστὶν ἐξαμαρτάνειν.* neque *ἀξιόλογος* de uiro dictum quamquam apud ipsum Menandrum non legitur, tamen quidquam habet suspicionis, quoniam tritum est apud Atticos uocabulum: cf. Thuc. II 10, 3 *συγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς τῶν πόλεων πασῶν καὶ τοὺς μάλιστα ἐν τέλει καὶ ἀξιολογωτάτους.* VI 60, 2 *πολλοὶ καὶ ἀξιόλογοι ἄνθρωποι ἤδη ἐν τῶι δεσμωτηρίωι ἦσαν* Xen. Mem. III 9, 3 *χρὴ καὶ τοὺς εὐφυεστέρους καὶ τοὺς*

---

[1]) cuius librum quod mihi interpretatus est Carolo Schmidt sodali Dorpatensi gratias ago quam maximas.

ἀμβλυτέρους τὴν φύσιν, ἐν οἷς ἂν ἀξιόλογοι βούλωνται γενέσθαι ταῦτα καὶ μανθάνειν καὶ μελετᾶν alibi.

Sed quos praeterea Blass l. s. restituit uersus ei possunt quidem esse comoediae, Menandri tamen esse eosdem ne uno quidem argumento potest effici.

XIII.

Νηρῄς τις ἐπὶ δελφῖνος.

Hoc fragmentum e Lexico Messanensi f. 281 r. quam partem esse Ori libri qui est de orthographia Reitzenstein (Geschichte der griechischen Etymologica p. 289 sqq.) magnis argumentis euicit, edidit Rabe, Rh. M. 47, 1892 p. 406 et ib. 50, 1895 p. 149: *Νηρῇδες σὺν τῶι ʻιʼ ὡς Βρισῇδες Ἐρεχθῇδες Καδμῇδες Οἰνῇδες Χρυσῇδες. συναιροῦντες γὰρ ἔλεγον Ἀττικοί· — — — ἐπὶ δὲ τῆς εὐθείας ἑνικῆς τὰ τοιαῦτα σπανίως συναλ⟨ο⟩ίφεται. Μένανδρος· Νηρῄς τις ἐπὶ δελφῖνος.* Ac de forma *Νηρῄς* cf. Apoll. Dysc. *περὶ ἀντωνυμίας* 111 B p. 87, 12 Schneider *κατὰ τὴν πρόσληψιν τοῦ ʻιʼ καθὸ Καδμῇδες καὶ Νηρῇδες.* Choerob. in Theod. Al. can. schol. p. 184, 16 sq. Hilgard p. 236, 23 p. 240, 6 p. 242, 7 p. 247, 25 p. 381, 35. Crönert l. s. p. 39. De ipsa autem re uelim conferas Plinii testimonium, qui Nat. hist. 36, 26 t. V p. 158, 4 Detlefsen cum de Scopae loquitur operibus haec tradit: ʻSed in maxima dignatione delubro Cn. Domitii in circo Flaminio Neptunus ipse et Thetis atque Achilles, Nereides supra delphinos et cete aut hippocampos sedentes.ʼ — cf. Helbig, Symb. philol. Bonn. I p. 362 sqq.

XIV.

ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
εὐθὺς γενομένωι μυσταγωγὸς τοῦ βίου
ἀγαθός· κακὸν γὰρ δαίμον᾽ οὐ νομιστέον
εἶναι βίον βλάπτοντα χρηστόν — ⏑ —
⏑ — *ἅπαντα δ᾽ ἀγαθὸν εἶναι τὸν θεόν.*
ἀλλ᾽ οἱ γενόμενοι τοῖς τρόποις αὐτοὶ κακοὶ

uu. 1—5 = Men. fr. 550. 551 K. CAF III p. 167 sq. = Clem. Al. V 14, 130 p. 727 Potter. uu. 1—10 e codice Parisino Gr. 454 ed. Hauler, Eranos Uindob. p. 334 sqq. u. 1: *ἀνδρὶ* deest cod. Par. u. 3: *νομαστέον* cod. Par. u. 4: *βίον οὐ βλάπτοντα θνητόν* cod. Par. *χρηστόν* Clem. u. 4—5: *οὐδ᾽ ἔχειν κακίαν* cod. Par., del. Usener Rh. M. 55,

πολλὴν δ᾽ ἐπιπλοκὴν τοῦ βίου πεποημένοι
ἢ πάντα τὴν αὑτῶν ⟨δι᾽⟩ ἀβουλίαν ⟨κα⟩κ⟨ῶς⟩
τρίψαντες ἀποφαίνουσι δαίμον᾽ αἴτιον
καὶ κακὸν ἐκεῖνό⟨ν⟩ φασιν αὐτοὶ γεγονότες.

1900 p. 337 sqq. u. 7: *πεποιημένοι* cod. Par. u. 8. 9: restituit Usener. *εἰ πάντα τὴν ἑαυτῶν ἀβουλίαν ἐκτρίψαντες ἀ. δ.* cod. Par. *εἶ⟨τ⟩α ⟨δι᾽⟩ ἑαυτῶν τὴν ἀβουλίαν ⟨κα⟩κ⟨ῶς⟩ | τρίψαντες* Gomperz apud Edmundum Hauler *⟨κα⟩ὶ πάντα τὴν αὑτῶν ἀβουλίαν ⟨παρ⟩ἐκ | τρίψαντες* Hauler *ἔ⟨πει⟩τα τὴν αὑτῶν δι᾽ ἀβουλίαν ⟨κα⟩κ⟨ῶς⟩ ⟨πράξ⟩αντες* Kaibel apud Hermannum Usener.

His Menandri uersibus in codice antecedit hic Euripidis uersus fr. 598,3 Nauck TGF² p. 550

ὡς τοῖσιν εὖ φρονοῦσι σύμμαχος τύχη.

Qui uersus quo modo factum sit, ut in Menandri reliquiis numeraretur, planum facit Usener l. s. p. 337 sq. Atque idem l. s. p. 338 quae u. 4 sq. leguntur *οὐδ᾽ ἔχειν | κακίαν* ea non genuina esse Menandri uerba, sed ab eo qui florilegium unde hi uersus fluxerint composuerit de suo adiecta esse magnis adfirmat argumentis. De sensu autem uu. 1—5 uix dubitaueris, cf. praeter locos a Theodoro Kock l. s. adlatos ad *συμπαρίσταται* Trag. inc. fr. 527 Nauck TGF² p. 943 *θεὸς δὲ τοῖς ἀργοῦσιν οὐ παρίσταται.* De uoce *μυσταγωγός* u. 2 uelim conferas Lobeck, Aglaophamus I p. 28 sqq. Nec non similia dixit Sophocles fr. 226,4 N. TGF² p. 184 *αἰσχρὸν γὰρ οὐδὲν ὧν ὑφηγῆται θεός.* Iam quid u. 7 poeta dixerit, quamuis bene ille uersus traditus esse uideatur, dubium est. Nam quod Hauler p. 338 interpretatus est: ‘Wenn sie ihren Lebensfaden stark verknüpft haben’ uereor ut uerum sit, quia aptum non suppetit exemplum. Rarum enim omnino uocabulum est *ἐπιπλοκή* atque e locis quibus inuenitur non nisi unus quodam modo ac hunc locum pertinet: Lucian. Char. 16 p. 512 *ἢν δὲ ἀτενίσῃς κατόψει καὶ τὰς Μοίρας ἄνω ἐπικλωθούσας ἑκάστωι τὸν ἄτρακτον, ἀφ᾽ οὗ ἠρτῆσθαι ξυμβέβηκεν ἅπαντας ἐκ λεπτῶν νημάτων· ὁρᾷς καθάπερ ἀράχνιά τινα καναβαίνοντα ἐφ᾽ ἕκαστον ἀπὸ τῶν ἀτράκτων; (Χαρ·) Ὁρῶ πάνυ λεπτὸν ἑκάστωι νῆμα ἐπιπεπλεγμένον γε τὰ πολλά τοῦτο μὲν ἐκείνωι, ἐκεῖνο δὲ ἄλλωι. (Ἑρμ·) Εἰκότως, ὦ πορθμεῦ· εἵμαρται γὰρ ἐκεῖνον μὲν ὑπὸ τούτου φονευθῆναι, τοῦτον δὲ ὑπ᾽ ἄλλου, παὶ κληρονομῆσαί γε τοῦτον μὲν ἐκείνου, ὅτου ἂν ἦι μικρότερον τὸ νῆμα, ἐκεῖνον δὲ αὖ τούτου. τοιόνδε γάρ τι ἡ ἐπιπλοκὴ δηλοῖ.* Tamen possitne omnino ex hoc loco quidquam peti ad interpretandum Menandri uersum dubito, quoniam

Lucianus de filis a Parcis conexis uerba facit, apud Menandrum id ipsum grauissimum est quod homines ipsi malorum culpam in se admittunt. Sed forsitan poeta hoc uersu difficultates calamitatesque indicauerit, quibus homines sese implicare soleant, quamuis apta atque idonea exempla adhuc non possint adferri. Denique ad u. 8 sanandum quas uiri docti proposuerunt coniecturas earum longe est lenissima atque aptissima Hermanni Usener. Nam Gomperz audacius quae sunt tradita mutauit, et quae Hauler coniecit propterea displicent, quod uox *παρέκ* non nisi in epicorum poetarum dictione usitata, ab Attica est aliena. Atque fortasse sic uu. 7 sqq. interpretandi sunt: 'si multis difficultatibus et calamitatibus uitae uictusque sese implicauerunt aut omnia sua temeritate consumpserunt,[1]) deo crimini dare solent — —'

XV. (adesp. fr. 155 K. CAF III p. 439)

ὅστις ἐπὶ δεῖπνον ὀψὲ κληθεὶς ἔρχεται
ἢ χωλός ἐστιν ἢ οὐ δίδωσι συμβολάς.

Hos uersus Menandri esse agnouit Nauck l. s. p. 158 conlato Pollucis loco VI 8 *καὶ κληθῆναι δὲ ἐπὶ δεῖπνον ἥ τε παροιμία λέγει καὶ Μένανδρος.* Nec non Kock CAF III p. 439 a. h. l. comparauit fr. 364 K. CAF III p. 106 e fabula quae *Ὀργή* inscribitur exscriptum; in quo fragmento quidam ne sero ad cenam ueniret ipsa nocte profectus prima adest luce. Atqui in ceteris quoque huius fabulae fragmentis paene omnibus res est de edacitate: ueluti fr. 363 aliquis non modo humum uerum etiam lapides sese comesurum esse dicit, fr. 365 eundem fame esse laboraturum indicatur, fr. 367 de altero quodam contrariis moribus praedito uerba fiunt. Ergo haud ineptum mihi uidetur statuere hos quoque uersus, de quibus res est, ex eadem Menandri fabula fluxisse. Ac forsitan totus ille locus ex quo exscripti sunt hi uersus ita fuerit compositus, ut sermo esset de homine illo fr. 367 commemorato. Quo in sermone alter aduersarius,[2]) quippe qui quemquam non uoracem esse posse non intellegat, uersus supra scriptos pronuntiat.

XVI.

Philodemus *περὶ εὐσεβείας* tab. 91,5 sq. (Gomperz, Herculanische Studien II p. 42) haec tradit: *λέγουσιν [δὲ τι]νές, οὓς καὶ Μέ[ναν]δρος παραινί[ττε]ται, κα[ὶ τ]ὴν Ἑ[κάτην] ὀπαδὸ[ν Ἀρ]τέ[μιδος] εἶναι.* Ac quod Nauck, Mél. Gr.-R. II 1864 p. 620 *οὕς* correxit in *ὥς* minime nobis persuasit quoniam argumentum satis firmum non protulit. Sed recte Bücheler, Fleckeis. Jahrb. 1865 p. 524 haec

[1]) cf. Her. II 37 *οὔτε τι γὰρ τῶν οἰκηίων τρίβουσιν οὔτε δαπανῶνται.*
[2]) quem parasitum esse putauerim, qui fr. 363 loqui uidetur.

exposuit: An οὓς nehme ich keinen Anstoß; hatte Menandros, wo er die Genossenschaft der Göttinnen erwähnte, eine Wendung gebraucht wie λέγουσιν οὑπιστήμονες oder οἱ παλαιοί, so war dies Grund genug für Philodemus zu reden von ‘einigen auf die auch Menandros anspielt’. Atque etiam Nauck ipse cum postea l. s. VI 1894 p. 130 huius loci facit mentionem, tacet de correctura. Sed ut ad ipsam rem transeamus, de ratione quae intercedat inter deas illas uelim conferas Roscher l. s. I, 2 s. u. Hekate col. 1896 sq. Ac quod Ἑκάτη uocatur Dianae ὀπαδός quam uocem Hesychius ἀκόλουθος, συνεργός, δοῦλος interpretatur: cf. Schol. in Apoll. Rhod. Arg. III 200 p. 456, 30 Keil Ἑκάτη ἥτις λέγεται ἀνδρικὴ γενέσθαι περὶ τὰ κυνηγετικά unde illam Dianae in primis cum uenaretur fuisse comitem concludes. Denique cum uox ὀπαδός apud tragicos poetas fuerit usitatissima (cf. Aesch. Ag. 426 Suppl. 985, 1022. Soph. Trach. 1264. Oed. Col. 1092. Eur. Med. 53, 335, 1119. Hipp. 108, 1151. Her. F. 950. Heracl. 1053. Hel. 1181. El. 360. Or. 1126. Iph. A. 1462. Iph. T. 1208. Alc. 136) de tragicis quibusdam poetis Menandrum et Philodemum cogitasse suspicari licet.

XVII (fr. 581 K. CAF III p. 177).

1. *ΕΠΙΣ*[*φαλῆ μὲν*] *ΠΑΝΤΑ ΤΑΝΘΡ*[*ώπων · ἐμοὶ*]
ΟΙΜ⟨*αι*⟩ *πόλις ἐστὶ καὶ καταφυγὴ καὶ νόμος*
ΚΑΙ Τοῦ δικαίου τοῦ τ᾽ ἀδίκου παντὸς κριτὴς
Ο ΔΕΣπότης. πρὸς τοῦτον ἕνα δεῖ ζῆν ἐμέ.

Hoc fragmentum recte suppleuit Iernstedt l. s. p. 235 cum uersuum 1—3 eas reliquias quas maiusculis quas uocamus litteris exhibuimus agnouisset in fragmento IIb quod adpellat scriptas cf. quam addidit p. 205 tabulam. Atque easdem reliquias nec non quarti uersus et eius qui olim sequebatur initium in fragmento III quod dicit sic scriptas uidit (cf. Kock Rh. M. 48, 1893 p. 235 sqq.) Iam in eodem folio haec

ΕΙ ƸIIIΣ	ΥΣΣ
MOIO	*ΕΩΣΕΛΝ*
YOTIAꓘ	*ΕΔΕΙΤΟΧ*
ΠΣƎΔO	*ΑΠΩΘΕΝ*
ΩꟼƎΓO	*ΤΟΥΤΩΙΤΙ*
OΛƎΔYO	*ΚΑΤΑΤΟΑΙ*
	ΚΟ

leguntur quibus fortasse recte usus Kock l. s. p. 236 fabulae *Κανηφόρος* quae inscribebatur fr. 254 CAF III p. 74 sic suppleuit

ΕΔΕΙΤΟ Χρῆσαι τὴν σεαυτῆς θυγατέρα
ΑΠΩΘΕΝ [οὔσης τῆς ἰδίας] ἀντάλλαγον.

Reliqua uero quo modo sint interpretanda et supplenda, adhuc obscurum est; nec quid faciam litteris infra utramque columnam scriptis scio

— — — — — — —
ΩΡΓΙΣΤΑΙ *ΑΙ*
ΔΕΥ

Nec signum P̄ supra fr. XVII scriptum quid sibi uelit adhuc potest diiudicari. Nam quod Iernstedt ea littera aliquem significari opinetur qui quae sequuntur ea pronuntiet, ne unum quidem potest proferri exemplum. Nec non eodem iure illud *P* idem ualere ac centum, quo numero uersus qui sequuntur centensimum esse fragmentum florilegii e Menandri comoediis compositi indicetur contendes. cf. Kock l. s. p. 233 p. 237.

XVIII.

(*Γ*·) *ἀγα]θόν τί σοι γένοιτο.* ⧺ (*Β*·) *μὴ λέγε*
(*Γ*·) *οὐκ εἰς κόρακας; οἰμώξει μακρά.*
(*Α*·) *[ἀλλ' εἶμι ν]ῦν εἴσω σαφῶς τε πυθόμενος*
υτα τῆς θυγατρὸς βουλεύσομαι.
(*Γ*·) *τοπον πρὸς τοῦτον ἤδη προσβάλω*
ἐκεῖθ]εν αὐτῶι τοῦτον ἥκοντ' ἐνθάδε
μεν ⧺ (*Β*·) *οἷον κίναδος, οἰκίαν ποεῖ*
τον ⧺ (*Γ*·) *πολλὰς ἐβουλόμην ἅμα*
(*Β*·) *[πολλάς;]* ⧺ (*Γ*·) *μίαν μὲν τὴν ἐφεξῆς* ⧺ (*Β*·) *τὴν ἐμήν;*
(*Γ*·) *[τὴν σ]ήν γε. ἴωμεν δεῦρο πρὸς Χαρίσιον.*
(*Β*·) *[ἴωμ]εν ὡς καὶ μειρακυλλίων ὄχλος*
ον τόπον τις ἔρχεθ' ὑποβε[βρ]εγμ[έ]ν[ω]ν
(*Γ*·) *ἐνοχλεῖν εὔκαιρον εἶν[αί] μο[ι δοκεῖ.]*

Extat hoc fragmentum in eadem pagina in qua P̄ illud seruatur. Supplementa quae recepimus Iernstedt excogitauit. u. 1: [*οὕτως ἀγα]θόν* Kock l. s. p. 234. u. 2: [*ταῦτ', ὦ φίλ'*] I[ernstedt]. u. 4: [*τὰ πράγματ' ε]ὖ* I. u. 5: [*φέρε ποῦ*] I. u. 6: [*ἵν' ἐκεῖθεν*] I. — — *ΗΚΟΝΤΕΝΘΑΔΕ* cod. u. 7: [*φράσω]μεν* I. u. 8: [*Διὸς ἄβα]τον* I. [*ἀνάστα]τον* Kock. u. 10: *ΪΩΜΕΝ* cod. u. 12: [*εἰς τ]ὸν* I. u. 13:

[*ἢ μὴν*] *ἐνοχλεῖν* I.; rectius [*οἷς μὴ*] *'νοχλεῖν* Kock *.ΜΗ* littera una erasa *ΕΝΟΧΛΕΙΝ* cod.

Atque Iernstedt quidem hos uersus exscriptos esse opinatur ex eadem fabula de qua fr. adesp. 105 K. CAF III p. 421, quod altera eiusdem folii pagina seruetur, originem ducat. Quo fragmento cum agatur de adulescente marito qui officiis in uxorem neglectis rem habeat cum meretrice, Iernstedt uersuum proxima pagina scriptorum hoc esse argumentum conicit: In scaena uersari adulescentis socerum *A*, lenonem *B* (cf. fr. adesp. 105, 10) adulescentis seruum *Γ*. Quem seruum eri socero ut res bene eueniat optare, lenonem *B* contraria sentire: u. 1. Quare seruum ei minitari: u. 2. Tum socerum adulescentis domum intrare ut filiae, illius uxori subueniat: uu. 3—4. Qui cum egressus sit seruum id potissimum agendum esse exponere, ut ero, priusquam domum redeat, socerum aduenisse nuntiet, ne cum illo conueniat. Iam u. 7 sq. lenonem facetiis uti, quod seruus erum ne suam domum intret, impedire studeat. Seruum respondere sese etiam prohibiturum, ne erus alias domus in primis lenonis aedes intret. Denique uu. 10 sqq. utrumque ad Charisium quendam se conferre, praesertim cum adpropinquet adulescentium ebriorum caterua quibuscum congredi uereantur. At ex his nihil certum est nisi id quod infimo loco de adulescentibus ebriis Iernstedt disputauit, cetera prorsus incerta sunt omnia. Neque enim omnino potest argumentis confirmari hos uersus ullo modo cum fr. adesp. 105 K. cohaerere; neque sitne leno ille quem Iernstedt *B* uocat constat; neque nuptam esse senis *A* filiam ex ipsis quae sunt tradita uerbis potest concludi. Quibus e uerbis non minore cum ueri specie de filia in matrimonium edenda uel de filia olim omissa nunc ab aliquo agnita patrem loqui efficies. Sed Menandri esse hos 13 uersus inde ueri est simillimum quod eos, qui in eadem pagina sequuntur uersus eiusdem esse modo intelleximus.

Denique appendicis loco de Menandri duobus fragmentis, quorum mentionem facit Reitzenstein, Gesch. d. Gr. Etymologica breuiter disseramus. Atque alterum fragmentum l. s. p. 299 adtulit e codicis Tischendorfii II Lipsiensis scholiis exscriptum: *κα[ὶ] ἀνωτέρω ἐχρ[ῆτο ταύ]τηι τῆι λέ[ξ]ει οὐκ ε[ὖ. οὐ γὰρ] λέγεται ἐπὶ ταύτη[ι τῆι σημα]σίαι. ἀλλ' ἐπὶ τ⟨ῶι⟩*[1] [*αἰτεῖν ὥς*] *Μένανδρός φησ[ι "παραιτού-] μ[ε]θα συγγνώμην [ἔχειν" ὑπὲρ ἑ]τέρου αἰτούμενος*. Ac restituit hoc

---

[1]) *τ⟨ῶι⟩* Reitzenstein *τὸ* cod.

fragmentum comparato Menandri fr. 867 K. CAF III p. 230 apud Zonaram p. 1521 et in Etym. Magn. p. 652, 23 sic tradito:

παραιτοῦμαί σε συγγνώμην ἔχειν.

Iam scholiastam Menandri uerba non integra seruasse patet, quoniam numeri non sunt integri. Quare ex eis quae ille scripsit nouum Menandri fragmentum restitui posse non crediderim, sed scholiastam ex eodem fonte atque Zonaram qui dicitur et Etymologici Magni auctorem hausisse statuerim.

Deinde quod idem l. s. p. 194 Fridericum Sylburg secutus ex eis quae Etym. Magn. p. 407, 23 traduntur *Ζάκορος· Νεωκόρος, ἤγουν ἡ διακονοῦσα περὶ τὸ ἱερόν· Μένανδρος· Ζάκορος ἡ κοσμοῦσα τὸν ναόν, τέκνον· καὶ ὁ ὑπηρέτης· Λευκαδίαι· "Ἐπίθες τὸ πῦρ ἡ ζάκορος, οὑτωσὶ καλῶς"* (cf. fr. 311 K. CAF III p. 89) *ἢ ὁ ἱερεὺς ὁ τὸν ναὸν κοσμῶν καὶ σαρῶν* hoc Menandri fragmentum restituit '*⟨ἡ⟩ ζάκορος ἡ κοσμοῦσα τὸν ναόν, τέκνον*': satis est delegare ad Augustum Meineke, Men. et Philem. rell. p. 106 sq.: 'uereor equidem ne hoc non Menandri sed Grammatici uerba sint. Quid enim opus erat, ut *τῶι ζάκορος* subicerentur uerba Grammatico quam poeta digniora *ἡ κοσμοῦσα τὸν ναόν*? Sed totus Etymologici locus mirifice turbatus est, qui uide an ita ad saniorem rationem reuocari possit: *Ζάκορος, νεωκόρος, ἤγουν ἡ κοσμοῦσα τὸν ναόν. Μένανδρος Λευκαδίαι· Ἐπίθες τὸ πῦρ ἡ ζάκορος οὑτωσὶ καλῶς. καὶ ὁ ὑπηρέτης ἢ ὁ ἱερεὺς ὁ τὸν ναὸν κοσμῶν ἢ σαρῶν.*'

Tabula argumenti.

Typis expressit Robertus Noske Bornensis.

Uita.

Natus sum Alfredus Kretschmar a. d. VI. Id. Mart. anni 1882 Chemnitiae in urbe Saxoniae Ernesto patre matre Iadwiga de gente Drescher. Fidei addictus sum euangelicae. Ac litterarum elementis eruditus per nouem annos patriae gymnasium frequentaui, ubi egregios magistros in primis rectorem Arnold optime esse de me meritos nunquam obliuiscar. Eodem autem tempore quo examen pro maturitate superabam quod pater grauissimo morbo absumptus est doleo. Quem dolorem nemo melius est consolatus Theobaldo Fromm, qui semper tanquam in filii loco me habuit. Tum Berolinum me contuli et Uniuersitatis Fridericae Guilelmae ciuium numero per duo semenstria adscriptus studiis philosophis philologis historicis operam nauaui. Docuerunt me uiri clarissimi Dilthey, Kekule von Stradonitz, Lenz, Scheffer-Boichorst (†), Schmitt, Stumpf, von Wilamowitz-Möllendorff. Altero semenstri sodalis fui proseminarii regii philologi, cui praeerant Diels, Heinze, Helm. Deinde uere anni 1902 almam matrem Lipsiensem petii, ut studiis philologis et historicis totum me traderem. Atque scholis interfui quas habuerunt uiri doctissimi Brugmann, Hirt, Hofmann, Immisch, Kärst, Lamprecht, Lipsius, Marx, Seeliger, Volkelt, Wachsmuth (†). In seminarium historicum me receperunt Brandenburg, Seeliger, Wachsmuth, octauum hoc semenstre me exercet Lamprecht. Proseminarii philologi sodalis fui per unum semenstre moderante Ottone Immisch, seminarii philologi per ter sex menses auspiciis Lipsii, Friderici Marx, Curti Wachsmuth. Ad societatem antiquariam Graecam aditum mihi patefecit Lipsius, ad exercitationes quas de inscriptionibus Latinis et de arte metrica instituit Marx. Seminarii paedagogici sodalibus me adscripsit Jungmann. Quibus praeceptoribus gratiam habeo quam maximam omnibus, in primis uero Carolo Lamprecht et Iusto Hermanno Lipsio quantum debeam, semper memoria tenebo nec non Fridericum Marx, qui studia mea philologa inde a primordiis summa cum liberalitate atque humanitate fouerit, grato pioque animo colam.